

80

AB

34B $\frac{11}{K.9}$





55




197 ka-

Bibliothek
der Regierung
zu Merseburg

352

5

Bl. 107
107
107



Mafs. Pefach:

לעולם ילמד אדם לתלמודיו

בדרך קצרה:

JOH. ADAMI SCHERZERI
BREVICULUS
THEOLOGICUS

Lectiōibus domesticis

poſthac

PRO CAPTU QUORUMVIS AU-
DITORUM,

EXPLICANDUS.

* * *

Job. V. v. 39.

SCRUTAMINI SCRIPTURAS.

Clem. Alex. Strom. LVI.

Ἐδὲν ἄπορ γραφῆς λέγομεν.

Augustin. L. I. de Pecc. Merit.

Cedamus autoritati Scripturæ sanctæ, quæ
nescit falli, nec fallere. HOMINUM est,
labi, hallucinari, falli, fallere, decipi,
decipere.

Chrysoſt. Homil. in XVI. Job.

Hæc omnium malorum causa est, quòd mul-
ti non sciunt Scripturarum testimonia
in oportunitis rebus adducere.

LIPSIÆ, Literis SPÖRELIANIS, 1676.



AMICISSIMO PARI

γνῶσις

AUGUSTANO,

DN. M. ANTONIO
REISERO,

&

DN. M. THEOPHILO
SPIZELIO,

ILLI Cathedralis Ecclesiæ
Oehringensis,

Huic ad D. Jacobi ap. Augu-
stanos Antistiti & Ecclesiastæ vigi-
lantissimo,

*DOMINIS FAUTORIBUS AC
IN CHRISTO FRATRIBUS
MEIS HONORATIS-
SIMIS*

In communis FIDEI, infucataeque
AMICITIAE tesseram, cum vo-
to omnigenae prosperitatis

OFFERO

AUTOR.

289

כְּמִנְיָנוּ

I.

Theologia

Π *Επι τῷ θεῷ λόγῳ, Aug. L. II. X. de C. D. c. l. Hoc verbo Græco significari intelligimus de Divinitate rationem (λόγον) seu sermonem. Conf. Thom. P. I. q. I. a. 7. cont. Valerium LL. CC. f. 3. qui per Sermonem DEI exponit. A Sermo DEI principium Theologia, non ipsa Theologia est.*

II.

Viatorum

Cernimus nunc in ænigmate tunc autem videbimus à facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc perfecte, *1. Cor. XIII 12. nam ubi venerit τὸ τέλειον, id quod est ἐκ μέρους, abolebitur, v. 10. Nondum jam apprehendi, sector autē ut comprehendam, (comprehensor futurus) Phil. III, 12. Theologiam Patriæ in Patriam reservamus.*

III.

Hominiu

*Non enim hęc de archetypâ
A 2 DEI,*

DEI, (*Matth. XI, 27. 1. Cor. II, 10. seq.*) nec de eētypā Christi hominis, (*de qua Luc. II, 52.*) nec de Angelorum Theologiā loquimur.

IV.

revelata

Nec de naturali, sed revelatā κατ' ἀποκάλυψιν ex *Matth. XVI, 17.* Ἐ ἀ quā Johannes THEOLOGUS appellatur, quia ἀποκάλυψις Ἰησοῦ χριστοῦ ipsi facta est *Apocal. I, 1.* hīc agimus.

V.

est

γνωστὸν ὅτι θεὸς manifestum est, *Rom. 1, 19.* Hæc est vita æterna, ut Te cognoscant verum Deum, *Joh. XVII, 3.* Istud naturalem, hoc revelatam, quæ h. l. est, Theologiam probat existere.

VI.

Sapientia

Posses penitus describi: Sapientia Dei in mysterio, ex *1. Cor. II, 6. 7.* Sapientiam eminentem (habitusq; Aristotelicos
licos

telicos transcendentem, illos tamen ἀναλόγως referentem) genus Theologiae dicimus.

VII.

Veram religionem.

Quae est ad verum Dei cultum OBLIGATIO: cognita ex Scripturis: exacta à Deo: contracta per naturam (creatam & conservatam) delictum (originale & actuale) & beneficium redemptionis, vocationis, conversionis, sacramentalis confederationis, Justificationis, Renovationis, Prædestinationis & Glorificationis: proposita in Ecclesia, cujus subjectum universale Respublica, particulare familia: impugnata ab hereticis & communi hoste Antichristo.

VIII.

ad Dei gloriam,

Christus factus est nobis à Deo Sapiencia, justitia, sanctificatio & redemptio, ut, qui gloriatur, in Domino gloriatur, 1. Cor. 1, 31. Quicquid fa-

A 3

citis,

citis, omnia in gloriam DEI
facite, *1. Cor. X, 31. conf. Col.
III, 17.* omnis lingua confite-
atur, quòd Dominus sit Jesus
Christus ad gloriam Dei Pa-
tris, *Phil. II, 11.* gratias ago Ti-
bi Pater, quia talia revelâsti,
Matth. XI, 25.

IX.

**Hominum-
quæ salutē,**

Hæc est vita æterna, ut co-
gnoscant Te verum Deum, &
quem misisti Jesum Christum,
Joh. XVII, 3. Hæc scripta sunt
ut credatis, quòd Jesus sit Chri-
stus, & ut per fidem vitam ha-
beatis, *c. XX, 31. conf. 2. Tim.
III, 15. 1. Pet. I, 9. Rom. I, 16.*

X.

gradens,

Scriptura utilis ad διδα-
σκαλίαν & παιδείαν, *2. Tim.
III, 16.* Fundamentum aliud
nemo ponere potest, quàm
quod positum est, quod est Je-
sus Christus, *1. Cor. III, 11.* un-
de Theologia positiva audit.

XI. Jesus

explicans

XI.

Jesus exorsus à Mose & omnibus Prophetis διηρμήνευσιν interpretabatur ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς, quæ de ipso erant., *Luc. XXIV, 27.* Scriptum est. *Matt. IV, 4. 7. 10.* Quomodo scriptum est? quomodo intelligis? *Luc. X, 26.* Erratis inscientes Scripturas, *Matt. XXII, 29. coll. 31. 32. 42. 43. 44. 45.* Scriptura non est ιδίας ὀπιλύσεως, *2. Pet. I, 20.* Ergò propheta sit κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, *Rom. XII, 6.* Hec est *Theologia Exegetica.*

& defen-
dens

XII.

Scriptura est utilis ad ἔλεγχον, *2. Timoth. III, 16.* quæ pars (*2. Tim. II, 3. Eph. VI, 11.*) Polemica & Elenchtica audit.

ex Scriptu-
râ,

XIII.

Principium revelate Theologie hodiè est sola Scriptura. Caro & sanguis non revelat., sed Pater, *Matth. xvi, 17.* Ha-

Λ 4

bent

bent Mosen & Prophetas, *Luc.*
xvi, 29. Ad Legem & ad testi-
monium, *Esa.* iix, 20.

XIV.

ἐν τῷ θεο-
πνεύματι

Spiritu S. inspirati & acti
locuti sunt sancti Dei homines
2. Pet. I, 21. θεοπνεύματι, in quā
quoad literas (neminum Jota
& apiculam, *Matth.* V, 18. *Luc.*
xvi, 17.) & voces. impiorum
quoque (*Athan. Dial.* III. de
Trinit. Tom. II. opp. fol. m. 190.
A.) καὶ τὸ πῶς ἔτι, *Matth.*
X, 19. 20. *2. Sam.* xxiii, 2. *Psal.*
xlv, 2. unde πᾶσα γραφή θεο-
πνεύματι dicitur, *2. Tim.* III, 16.

XV.

ἐν αὐτο-
πίστει

Est enim mens Domini, *1.*
Cor. II, ult. tanquam prima
veritatis: non hominis, cuius
verbū αὐτόπιστον non est. Quā
oppositionem fecit Apostolus *1.*
Thess. II, 13. Ergo haec perfe-
ctio non dependet ab Ecclesiā.
Βεβαιότερον enim est sermo
Propheticus, etiam lumine
Tabo-

Taborio & αὐτοψία, 2. *Pet. I.*
19. Nec dijudicare possum,
quæ sit vera Ecclesia, nisi pri-
us judicem, quæ sit sententia
congrua cum verbo Dei, *Bell.*
L. III. de V. D. c. III.

XVI.

Una,

Non duplici sensu literali.
Infantes enim intelligunt, 2.
Tim. III, 15. Scripturam, quæ
hominem l.c. potest σοφίσαί εἰς
σωτηρίαν. conf. Ps. xix, 9. Ἄστ
πάν πολλαχῶς λεγόμενον ἀ-
σεφές. Si tuba cælestis incertū
sonum ederet, inutilis foret,
1. Cor. xiv, 6. sqq. Nam τὸ μὴ
ἔν τι σημαίνειν, ἔδ' ἔστι σημαί-
νειν, L. III. Metaph. c. IV. Et
ex solo sensu literali firma du-
ci possunt argumenta, Bell. L.
III. de V. D. c. III.

XVII.

Vera,

Non ἰδίᾳ ὀπιλύσῃ, 2. Pet.
I, 20. sed juxta ἀναλογίαν πί-
στεως; Rom. xii, 6. (i. e. sibi con-
formiter, Et juxta perpetuum

A 5

sui

sui concentum) exponendâ. Est enim vera, imò veritas, Job. XVII, 17. sine ullo mendacio scripta. Deus enim mentiri nequit, Ebr. VI, 18. 2. Tim. II, 13. & Spiritus veritatis ammannenses sacros in omnem veritatem duxit, Job. XVI, 13. Vide Canonum LL. CC. L. II. c. III.

XIIX.

Bona

Perfectione (perfectum reddit ad salutem 2. Tim. III, 15. sqq. coll. Job. XX, 31.) Lumine, (est enim lucerna, 2. Pet. I, 19.) certitudine, (est norma, Esa. IIX, 19.) salutaritate (tanquam virtus ad salutem, Rom. I, 16. Job. V, 39.) gaudens.

XIX.

adoque Catholica est,

Sive ab omnibus legenda. Scrutamini Scripturas, Job. V, 39. (ἐπευγάτε est Imperativum, saccante Tirino. Sit indicativus: hoc studium tamen etiam laicorum sive promiscua plebis in templo laudatur à Christo) neq; dicas:

dicas : Religiosorum tantum
est legere Scripturas. Cujusli-
bet enim Christiani est, eorum
maximè, qui in hoc mundo
versantur, *Theophylact. in c.*
VI. Ephes. Conf. Esphen. Comm.
in 2. Tim. fol. Oper. 400. seqq.

XX.

Patefacta à
Deo

Nam ὁ θεὸς ἐλάλησε Ebr. I,
1. 2. unde Verbum Dei, Johan.
XVII, 17. & Scriptura θεό-
πνευστος 2. Tim. III, 15. appel-
latur. Hanc solam Traditio-
nem per Scripturas à Deo fa-
ctam in salutis negotio venera-
mur.

XXI.

indefinibili.

Nondum apparuit, quales
futuri sumus, *1. Job. III, 2. 3.*
nec in cor hominis ascendit,
qualia gaudia habituri simus,
1. Cor. II, 9. Si ne vita quidem
æterna definiri potest à nobis,
multò minùs Deus. Si enim
posset hic, posset & illa. At Deus
est incomprehensibilis, lumen.

A 6

inac-

inaccessum inhabitat, *I. Tim.*
VI, 16. genere propriè dicto &
inferioribus destituitur, nec cõ-
ceptum objectivè univocum,
cum ullo ente communem habet.

XXII.

qui est

Existencia Dei ex naturâ &
Scripturâ manifesta est. γνω-
στὸν ὃν ἔθεῖ, gentibus manife-
stum est, (viâ causalitatis, e-
minentia & negationis) Rom. I,
19. seqq. Act. XVII, 27. seqq.
Credendum est etiam ὅτι ἐστὶ,
Ebr. XI, 6. Ex naturâ scitur,
ex Scripturâ creditur. Ibi se-
condum essentiam: hîc etiam,
secundum Personas & volunta-
tem.

XXIII.

Spiritus

Deus est Spiritus, Joh. IV,
24. Spiritus autem carnem &
ossa non habet, Luc, XXIV, 39.
adeoq; Deus corporeus non est,
sed ab omni corporeitate & ma-
terialitate alienus est.

XXIV.

XXIV.

immensus,

Magnitudinis ejus non est finis, *Pf. CXLV, 3.* Infinita divinitas & incomprehensibilis, & hoc solùm ejus est comprehensibile, quòd infinita sit & incomprehensibilis, *Damasc. L. I. O. F. c. IV.*

XXV.

incorruptibilis,

ἀφθαρτός, *1. Tim. I, 17.* absque ullâ umbrâ τροπῆς, aut μεταλλαγῆς sive transmutationis, *Jac. I, 17.*

XXVI.

æternus,

עולם לעולם *Gen. XXI, 33.* *Esa. XL, 28.* à seculo (à parte antè) & in seculum (à parte post) existens, *Pf. XC, 2.* sine successione, *Jac. I, 17.* aut נמשך seu mutatione (etiam durationis) ullâ, *Mal. III, 6.*

XXVII.

omniscius,

ὁ θεὸς γινώσκων πάντα, *1. Joh. III, 20.* coll. *Ebr. IV, 13.* cogitationes, *Ezech. XI, 5.* *Pf. CXXXIX, 1. seqq.* & minutissima, *Matt.*

A 7

VI,

VI, 30. coll. 28, 29. 32. X, 29. sq.
etiam sub hypothese contingi-
bilia (*ut actus non futura*)
Matt. XI, 21. nec non futura, a-
ctu quondam contingentia,
Es. XLII, 23. Unde scientia me-
dia, rectè exposita, non negan-
da: nec eadem gratia libertati
humane subordinata inferen-
da, aut etiam supponenda.

XXVIII.

Omnipo-
tens,

Apud Deum enim nō est im-
possibile ullum $\rho\eta\mu\alpha$, Luc. I, 37.
s. $\kappa\alpha\tau\alpha$ Jer. XXXII, 17. conf. Zach.
III, 6. Objectum ergo omnipo-
tentia est $\rho\eta\mu\alpha$ $\kappa\alpha\tau\alpha$, possibilis
rationem habens (*Impossibile
enim sub potentiam non cadit,
sicuti nec invisibile sub visum,*
seu, quod fieri à Deo contradi-
ctionem (à parte DEI & REI)
non involvit.

XXIX.

Omnipræ-
sens,

Quò ibo à Spiritu Tuo? Ps.
CXXXIX, 7. sqq. In cælo enim
& terra simul est, Jos. II, 11. ita
ut

ut cœlis cœlorum capi neque-
at, 1. Reg. iix, 27. sublimior
cœlo, profundior inferno,
longior terrâ, latior mari, Job.
xi, 8. & nuspiam (presens a deo-
que futurus etiam in spaciis i-
maginariis, si ea alicubi forent,
unde non nisi existentibus crea-
turis omnipresens dicitur.) ab-
sens, Jer. xxiii, 23. Act. xvii,
27. sed ubique repletivè (quis-
quid Cartesianis videatur) præ-
sens, Jer. xxiii, 24.

XXX.

Simplex,

Tanquàm mera essentia,
יהוה Es. xli, 8. Ps. xxx, ult.
אֱלֹהִים אֲשֶׁר אֵין אִתּוֹ
III, 13. sq. cui nihil extraessen-
tiale admixtum; gaudens sim-
plicitate essentiali, sine ullo re-
alis compositionis genere: Logi-
cæ puta (ex genere & differen-
tiâ) Physicæ, (ex materiâ &
formâ, subiecto & accidente,
tàm perfectivo, quàm corrupti-
vo) & Metaphysicæ, vel ex na-
tura

tura & supposito, vel subiecto & attributo. Persona realiter, sed nō essentialiter differunt, quia in unâ numerō essentiâ UNUM sunt, 1. Job. V, 7.

XXXI.

Summè bonus.

Nemo bonus, (summè, infinite, independenter) NISI DEUS, Marc. X, 18. (unde est αὐταγαθός. Vid. Aug. L. IIX. de Trin. c. III. Quâ voce omnia attributa Dei comprehenduntur.) Bonus Dominus, Ps. xxv, 8. coll. LXXXVI, 8. omnis boni fons, Jac. I, 17. non nisi bonum & benè πάντα καλῶς, Marc. VII, 37. faciens, adeoq̄, nec mali culpæ causa, nec per se, neq̄, per accidens existens.

XXXII.

Voluntate

Fiat voluntas (gratiosa) Tua, Matt. VI, 10. Deus fecit quæ vult, Ps. cxv. 3. Voluntati ejus (omnipotenti, absolute, Rom. ix, 19.) quis resistet? Vult autem tantum bonum, non volens iniquita-

qvitatem, *Pf. V, 5.* quam tan-
quam summè bonus velle non
potest, *Deut. xxxii, 4. Jac. I, 13.*

XXXIII.

feriâ

Vivo ego nolo mortem pec-
catoris, sed ut convertatur &
vivat, *Ezech. xxxiii, 11.* Deus
non est ut homo, qui mentia-
tur, *Num. xxiii, 23.*

XXXIV.

misericor-
disimâq;

Deus est misericors & cle-
mens, patiens, ac multæ mise-
rationis, *Ex. xxxiv, 6. 7.* Con-
turbantur omnia viscera mea,
ut omninò tui miserear, *Jer.*
xxxii, 20. *Quæ misericordia est*
maxima, (Num. xiv, 18. 2. Sam.
xxiv, 14. Dan. ix, 19.) arden-
tissima, (Hos. xi, 8.) æterna,
(2. Paral. V, 41.) sine fine,
(Thren. III, 22.) imò tanta,
quantus Deus (*Syr. II, 23.*) ipse
est. *Exercet autem eam erga*
miseros rectè coràm eo ambu-
lantes, 1. Reg. iix, 23. non præ-
fractos, contumaces ac intra-
ctabi-

stables: quibus irascitur, Col.
III, 6, coll. Rom. I, 18.

XXXV.

Omnib9 se-
se commu-
nicans,

Omne enim donum opti-
mum descendit à Patre lumi-
num, Jac. I, 17. & Deus vult
(voluntate antecedente seu mi-
sericordia, vid. Orig. L. IV. cont.
Cels. Chrysof. Homil. in Eph. I.
Hieron. in l. c. Damasc. L. II.
O. F. C. XIX. conf. Estium I.
distinct. LXIV. §. 8. & comm. in
1. Tim. II, 4. cum Justinian.
Espenc. Cornel. à Lap. in h. l.
nec non Anselm. L. de volunt.)
omnes homines salvos fieri,
1. Tim. II, 4. 5. nec ullum peri-
re, 2. Pet. III, 9. Quia Christus
pro omnibus, 2. Tim. II, 6. etiã
qui pereunt, 2. Pet. II, 1. mor-
tuus est. Unde id reprobis etiã,
nisi (voluntate consequente seu
justitie vindicative) damnari
velint, credere tenentur. Ideò
enim, quia hoc non credunt,
damnantur, Job. III, 18. Quod
si ve-

si verum non esset, damnarentur
ideò, quia mendacio non credi-
dissent. ἀτοπον!

XXXVI.

Severa autē
necessariò
puniens.

Deo enim necessariò competit
justitia punitiva. Justus est Je-
hova, & recta omnia judicia
ejus, Ps. CXIX, 137. Justus in o-
mnibus viis suis, Ps. CXLV, 17.
coll. Ex. IX, 27. 2. Sam. XXIII, 3.
Δικαίωμα ἔστι θεῶν, quòd male-
facientes digni sint morte, na-
tura notum est, Rom. I, 32. Er-
gò illud jus naturale non volun-
tarium est. Impietas suâ natu-
râ Deo est odio, & eū ad iram
exstimulat, Croll. de Deo c.
XXX. f. 302.

XXXVII.

Solus reli-
giosè colē-
dus.

Dominum Deum Tuum ad-
orabis ἢ αὐτῷ μόνῳ λατρεύ-
σεις, Matt. IV, 10. seu δ' ἀλεύ-
σεις ἑβραϊκῶν Deut. VI, 13. Quod
verbū per ἀλεύειν Graeci CXIX.
locis reddunt, v. g. ἐδ' ἄλευσεν ὁ
λαὸς τῷ κυρίῳ, Jud. II, 7. &c.
Et

Et ipse Spiritus S. θεῶ δὲ γλύκειν
Luc. XVI, 13, dixit. Evanescit
ergò Papistica in δὲ γλείαν ἑ
λατρείαν distinctiuncula. In
quem non credimus, eum non
debemus invocare, Rom. X, 14.
neq; δὲ γλύκειν τοῖς μὴ φύσῃ ἕσι
θεοῖς, Gal. IV, 8.

XXXIIX.

εἰς ἑνὴν
μονοθεῖαν

Deus Jehova Unus est, Deut.
VI, 4. Nobis unus est Domi-
nus, omnibus Dominis ac Diis
oppositus, 1. Cor. IIX, 6. 5. Uni-
cus adeoq; Esa. XLIV, 6. 8. ἑ
solus verus Deus, Job. xvii, 3.
Unus, inquam, essentiâ, adeoq;
numerò, quia essentia numerò
una, unitate singulari, sed com-
municabili, non individua.

XXXIX.

τρεῖς ὑπὸ
τῷ

Tres sunt testes in cœlo, Pa-
ter, Verbum & Spiritus, & hi
tres unum (essentiâ) sunt, 1. Job.
V, 8. Baptifate in nomine Pa-
tris, Filii & Spiritûs S. Matt.
XXIIX, 19. In Christi Baptismo
appa-

apparuit Voce Pater, Natus
Corpore, Flamen Ave, *Matt.*
III, 16. *Luc.* III, 22. Τεισά-
νον *Angelicum glorificat* San-
ctum Patrem, *Es.* VI, 3. Sanctū
Filium, *Joh.* XII, 39. Sanctum
Spiratum S. *Act.* XXII, 25. sq.
Jehova (*Pater*) misit ME (*Fi-
lium*) & SPIRITUS ejus, *Esa.*
XLIIX, 13. *Plures Personas ar-
guit etiam UNUS EX NO-
BIS, Gen.* III, 22. *Qui igitur
tantum ut μονοπόστολον agno-
scit & colit, is non verum Deum
colit, sed idololatra est. Talis
enim Deus in rerum natura non
est. Alium ergo Deum colit.
Qui negat Filium, ne Patrem
quidem habet, 1. Joh.* II, 23.
Qui Spiritum S. non credit, is
Filium adorare nequit, *1. Cor.*
XII, 3. *Qui sine Christo est, θεὸς
θεός est, Eph.* II, 12.

XL.

Pater gi-
gnens.

Filius meus es Tu, hodiē
GENUI TE, *Pf.* II, 7. *Chara-
cter*

Etter ejus personalis est gignere
potius, quam ingenitum esse.
Nam & Spiritus S. ingenitus
est. Danh. Hodof. fol. 186. coll.
Gerh. L. de Deo Patr. c. 11. §. 5.

XLI.

Filius geni-
tus

Filius meus es Tu, hodiè ge-
nui Te ילדתיך Ps. II, 7. ex es-
sentiâ. Nam ילד absolute, &
sine restrictione de intelligente,
Personam gignente, usurpatum,
constanter in Scripturis, verâ,
univocam & substantialem ex
gignentis essentiâ generatio-
nem significat. Vindicias vide
in Coll. Anti-Socin. fol. 134. sqq.
Unde Filius Dei μονογενής i. Jo-
han. IV, 9. dicitur. Per creatio-
nem & adoptionem plures habet
Deus Filios. At cui Angelo-
rum, (qui tamen sunt Dei Filii)
unquam dixit: Filius meus es
Tu, hodiè genui Te? Ebr. I, 5.

XLII.

αὐτόγε

Habet enim eandem essenti-
am divinam, quam habet Pa-
ter

ter αὐτόθεος, cum quo unum
 est, Joh. X, 30. quippe Patri pla-
 nè ἴσθ, Joh. V, 18. adeoq̄, αὐ-
 τόθεος se ipso & in se ipso De-
 us. Sicut enim Pater vitam
 habet in se ipso, ita & Filio de-
 dit vitam habere in se ipso,
 Joh. V, 26. Τὸ ΙΝ ΣΕ ΙΠΣΟ
 ὙΤΙ ΠΑΤΕΡ, arguit Filiū
 esse αὐτόθεον: τὸ ΔΕΔΙΤ, esse
 αὐτόθεον per generationem seu
 γεννητικῶς.

XLIII.

ὁμοῖσι
 Patri

Per dicta precedd. quia ex
 Patris essentiā tanquam mono-
 γενῆς genitus, ita ut Paternæ
 ὑποστάσεως χαρακτήρ Ebr. 1, 3.
 existat. Unde יהוה (Jer. XXIII,
 15. Es. LXI, 1. sqq. coll. Luc. IV,
 17. 21. Os. I, 7.) θεὸς absolutè,
 (Joh. I, 1.) & subjectivè (Act.
 XX, 28. 1. Tim. III, 16.) ἀληθει-
 νὸς θεὸς (1. Joh. V, 20.) ὁ ὢν ἐπὶ
 πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς ἀῶ-
 νας (Rom. IX, 5. quæ summi Deo
 descriptio est.) æternus, (Prov.

IIIX, 23. *conf. Mich. V, 2. Joh.*
IIIX, 58. I. 2. Col. I, 17.) immor-
talis, (ipsa vita, Joh. XIV, 6.
1. Joh. I, 2. V, 20. Joh. V, 26.)
immensus, (in Patris immenso
finu, Joh. I, 18. non extrà eum,
Joh. X, 30. *reciprocà* *Ἐν ἑαυτῷ*
ἔστιν in ipso Patre *existens*, c. XIV,
20.) omnipræsens, (*Matth.*
XXIX, 20. XXIX, 29.) omniscius,
(Joh. II, 25. Col. II, 3. Apocal.
II, 18. 23. Matth. XVI, 8. Luc. V,
22, IX, 47.) omnipotens, (*Matt.*
XXIX, 18. Joh. X, 38. Ebr. I, 2. 3.
10. Col. I, 16. Joh. II, 18. 19. X,
18.) *dicitur* : & religiosè (Joh.
V, 23. Phil. II, 10. Matth. XXIX,
19. Matth. XV, 22. Act. VII, 59.
&c.) *colendus est*.

XLIV.

Matriq̄

Misit Deus filium factum
ex muliere, *Gal. IV, 4.* Tu *Ma-*
ria concipies in utero, & pa-
ries filium, *Luc. I, 31.* Cùm es-
sent completi dies pariendi,
peperit Filium suum primoge-
nitum,

nitum, *Luc. II, 6.7.* Postquam enim pueri participant carnem & sanguinem, ille particeps factus est, *Ebr. II, 14.* Surge, assume puerum & Matrem illius, *Matth. II, 13.*

XLV.

Semper Virgini,

Ecce Virgo (*תמידה* *semper incorruptam significat*) concipiet & pariet filium, *Esa. VII, 14. Matth. I, 23.* Virum non cognovi, *Luc. I, 34.* Ne metuas accipere uxorem tuam, quod enim in illâ conceptum est, à Spiritu S. profectum est, *Matt. I, 20.* Qui hominem ex nihilo produxit, cur non possit producere ex semine virginali? Et ipse Joseph non cognovit eam, donec (*particula infinita, uti Ps. CX, 1. Matth. V, 26. 1. Tim. IV, 13. 2. Sam. VI, 23.*) peperisset filium primogenitum, *Matt. I, 25.* Ubi primogenitus negativè, non positivè accipitur. Cuius perpetua virgi-

B

nia

nitatis symbolum fuit porta,
per quam solus Dominus tran-
siit, *Execch. XLIV, 2. Vid. Raym.
Pugion. fol. 594. sq. & allegatos
Patres ab Heet. Pinto in h. l.
fol. 616.*

XLVI.

θεάνθρωπος
ex perfectiâ
Deitate &
perfectâ hu-
manitate,
constans,

Christus est ex Patribus se-
cundùm carnem, DEUS verò
benedictus in secula, *Rom. IX,
5. VERBUM CARO factum
est, & habitavit in nobis, cujus
etiam gloriam vidimus, tan-
quàm UNIGENITI à Patre,
Joh. I, 14. Spiritus S. veniet
super te, (ἐπελεύσεια) & vir-
tus Altissimi (Filius Dei, *1. Cor.
I, 24.*) obumbrabit tibi, (ὄπι-
σιάσει) quapropter Sanctum
ex te natum vocabitur Filius
DEI, *Luc. I, 35.* Non Angelos,
sed semen Abrahamæ assumpsit,
Ebr. II, 16. Deus scil. manife-
stus in carne, *1. Tim. III, 16.* in
quâ, tanquàm templo, tota ple-
nitudo divinitatis σωματικῶς
habi-*

habitavit, *Coloss. II, 9.* adeò ut
Homo ille sit ipse Dominus
Deus, *2. Sam. VII, 19.* Homo,
inquam, perfectus corpore,
(*Historiâ Passionis teste*) & a-
nimâ (tristis est anima mea,
Matt. XXVI, 38.) *rationali in-*
telligente (cùm Jesus sciret, di-
xit: Consummatum est, *Joh. XIX, 28.*) & volente (non sicut
ego volo, sed sicut Tu vis Pa-
ter, *Matt. XXVI, 30.*) *constans.*

XLVII.

μονοπροσωπος

Humanitas enim in ὑπόστα-
σει divinam suscepta, Ebr. II,
16. ut una sit persona, mediator
inter Deum & homines, Ho-
mo Christus Jesus, 1. Tim. II,
5. εἰς κύριον, Eph. IV, 6.

XLVIII.

Per Com-
municatio-
nem Idio-
maticam

Communicatio Idiomatum,
est finis unionis personalis. Ver-
bum caro factum est, Joh. I, 14.
tota plenitudo divinitatis ha-
bitat in Christo σωματικῶς,
Coloss. II, 9. Germen Davidi:

B 2

est

est Jehova Justitia nostra, Jer.
xxiii. 5. 6. Dominus gloriae
crucifixus est, 1. Cor. II, 8. Deus
ἰδὼ ἀματι redemit Ecclesiam
Actor. xx, 28. Unde ex commu-
nicatione ὑποστάσεως infinitae
sequitur communicatio idio-
matum *divinorum* & virtutis
infinitae ὄκ ἐκ μέτρῃ, Job.
III, 34. (conf. oppositum Eph.
iv, 7.) omnipotentiae, Dan. vii,
14. Matt. xxix, 18. omniscien-
tiae, Col. II, 3. Es. xi, 2. Joh. III,
34. xvi, 30. xxi, 17. II, 24. 25.
conf. Job. V, 27. 2. Cor. IV, 2.
omnipraesentiae, Matth. xix,
20. Eph. iv, 10. Col. II, 9. (serva-
to tamen discrimine inter Prae-
sentiam intimam ad λόγον: &
extimam ad creaturas. Extimam,
inquam, quae iterum totalis ac
partialis est. Illa plenarie non
nisi carnis exaltata est: haec &
in exinanitione locum habuit.
Jam inde enim à primo con-
ceptionis momento omnibus
crea-

creaturis [*sc. ἀδιαστασία, non
dominio*] præsentissimè A D-
FUIT humanitas, hodièqve
in statu gloriæ non modò illis
ADEST, sed & potentissimè
præsentissimèq; OPERATUR
omnia in omnibus, *inquit &
probat B. Hutter. in F. C. c. 118.
fol. 847. sq.* Nam si caro Chri-
sti ABEST (*etiam in Exin.*) à
creaturis, quibus ὁ λόγος AD-
EST, διάστασις naturarum in-
fertur. *Id. ibid. fol. 858. Quic-
quid solvit unionem in statu
exaltationis, illud etiam solvit
in statu exinanitionis. Confer B.
Luther. allegat. in F. C. fol. 784.
sq. coll. 754. Hutter. LL. fol.
180. 186. Calov. de Pers. Chr. f.
93. seq.* ADESSE per INDI-
STANTIAM in statu exi-
nanitionis etiam locum habu-
it, quia æq; ibi UNIO, B. Af-
felm. *Synt. P. I. f. 126.*) ado-
rationis religiosæ, *Phil. II, 10.
11. Rom. X, 14.* virtutis vivificæ,

Joh. VI, 50. sqq. v, 26. sqq. *Quicquid ab Adversariis contra communicationem idiomatum producitur, contra ipsam etiam communicationem ὑποτάσεως retorqueri potest.*

XLIX.

Triplici officio admirandus:

Uti Unio hypostatica propter communicationem idiomatum; ita communicatio idiomatum propter opera officii facta est.

L.

Spiritu S. videlicet unctus

Unxit Te DEUS, ô DEUS, oleo lætitiæ præ confortibus Tuis, Psal. XLV, 8. Unde dicitur משיח Messias.

LI.

in Prophetâ Evangelicū,

Propheta magnus, Luc. VII, 16. ὁ ἐρχόμενος venturus ille, Joh. VI, 14. à Mose, Deut. XIX, 15. prædictus: Legem jam latâ rectè exponens Matth. V, tot. non perficiens, Ps. XIX, 8. Deut. XII, 32. nec novam ferens, Joh. I, 17. πρώτως autem Evangelium prædicans, Marc. I, 14. quippe

quippe ad evangelizandum,
pauperibus missus, Esa. LXI, 1.
seqq.

LII.

Sacerdotem

Tu es Sacerdos in æternum
juxta ordinem Melchisedech,
Ps. cx, 4. Ebr. vii, 17. quod ex-
sequitur semel (unicâ solutio,
ne perficiens in æternum, Ebr.
X, 14.) seipsum offerendo, Ebr.
vii, 27. (oblacione corporis &
effusione sanguinis, Eph. I, 7.
Ebr. IX, 10, sqq. quod in his ter-
ris contigit. Vid. Coll. Anti-Socin.
fol. 416. sqq.) & semper
Ebr. vii, 25. etiam in coelis a d
dextram Patris sedens, Rom.
ix, 34. (ἐν τρυφᾷ ἐι, i. e. for-
maliter, conf. Actor. xxv, 24.
Rom. xi, 1. instar Advocati, I.
Joh. II, 1.) pro nobis interce-
dendo.

LIII.

Novi Testa-
menti

Quia se ipsum obtulit, Ebr.
vii, 27. Sacrificia enim pecudū,
tanquā umbræ, ad V. T. perti-

B 41

nue-

Monadicū,

nuerunt, Ebr. ix, 23. iix, 13. coll.
s. x, 1. coll. II, 17.

LIV.

Est Sacerdos in æternum
(Ergò absq³ successore) secun-
dum ordinem Melchisedech,
Ps. CX, 4. non secundum ordi-
nem Aaron, (qui successores ha-
buit) Ebr. vii, 11. unicā obla-
tione, (ergò nunquam itera-
tâ, nunquam iterandâ) perfe-
cit (absoluit, τετελείωκεν) in
æternum (ergò nunquam vo-
luit, ut hodiè iteretur pro ullo)
omnes sanctificandos Ebr. X,
14. & semel (non sæpius) se ipsū
(non per vicarios) obtulit, Ebr.
vii, 27. oblatione cruentâ Ebr.
ix, 10. sqq. Eph. I. 7. Ergò sacri-
ficium incruentum, Missaticum
sumentum est. Nam sine san-
guinis effusione (in sacrificiis)
nulla fit remissio, Ebr. ix, 22.
Ergò nec in Missa fit remissio.

LV.

adeòq³ im-
peccabilē,

Talis enim decebat, ut esset
nobis

nobis Pontifex, pius, innocens,
impollutus, segregatus ab om-
nibus peccatoribus, Ebr. vii,
26. ut offerret se ipsū tanquā
agnum planè immaculatum,
i. Petr. I, 19. in omnibus scil.
nobis similis, exceptō solō
peccatō, (*quoad actum scil. hē-
bitum & potentiam peccandi*)
Ebr. ix, ult. II, 17.

LVI.

Regem

Constitui Regem meum,
Ps. II, 6. Rex sum ego, Joh. xix,
37. à nativitate, Matt. II, 2. 11.
adeòq. ante mortem, *ipsi* natu-
ræ, Joh. II, 9. Matth. ix, 26.
morti, Luc. vii, 11. Dæmoni-
bus Luc. X, 17. Matt. ix, 30. im-
perans, & adoratus, Matt. II, 2.
II, IV, 10. non-mundanus, Joh.
xix, 36. Regno potentia, Ps.
CX, 2. gratia, Matt. VI, 10. &
gloria, Luc. xxiii, 42. *glorio-
sus, & æternus, quia* ejus regni
non erit finis, Luc. I, 33 Psal.

B 5

XLV

XLV, 7. Ebr. I, 8. Dan. VII, 14.
Apocal. XI, 15.

LVII.

& Salvato-
rem.

Vocabis nomen ejus JE-
SUM (Ἰησοῦς) Salvabit enim
populum suum à peccatis suis,
Matt. I, 21. Natus est Salva-
tor in Civitate David, *Luc. II,*
11. Unde in abstracto SALUS
gentium, *Rom. XI, 11.* & τὸ σω-
τήριον ἔστι Ἰησοῦς *Luc. II, 30.* di-
citur.

LIIX.

Catholicū :

Qui omnes scilicet homines
(Deus toti mundo Filium de-
dit, *Joh. III, 16.* & vult omnes
homines salvos fieri, *1. Tim. II,*
4. 5. & Christus etiam est Sal-
vator omnium hominum μά-
λιστα maximè fidelium, *1. Tim.*
IV, 10.) ab omni peccato (san-
guis enim Jesu Christi mundat
nos ab omni peccato, *1. Joh. I,*
7. Nam quot & quo morbo A-
damus primus infecit, tot & à
tali morbo Adamus secundus
libe-

liberat, Rom. V, 15. sqq.) redemit. *Est ergò & Hominum & delictorum ratione Catholicus Salvator.*

LIX.

Ut esset Mediator secundum utramque naturam,

Ipse DEUS proprio sanguine redemit Ecclesiam, Act. xx, 28. DEUS erat in Christo, mundum reconcilians sibi ipsi 2. Cor. V, 19. Flacitum enim erat Patri, universam plenitudinem (divinitatis Col. II, 19.) in Christo habitare, & per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis ejus per eundem omnibus, Col. I, 19. 20. Et Christus reconciliavit nos in corpore carnis suæ per mortem, v. 22. Mediator, inquam, inter DEUM & hominem Homo Jesus Christus, 1. Tim. II, 5.

LX.

Satisfactor exasse.

Christus ita est mortuus, ut animam dederit ἀντὶ πολλῶν, tanquam ἀντίλυτρον, Ματθ. xx,

B 6

v. 28.

v. 28. Marc. X, 45. 1. Tim. II, 6.
 Peccata hominum portavit,
 & eorum pœnam jure debi-
 tam luit, Es. LIII, 4. seq. Joh. I,
 29. 1. Pet. II, 24. Quod non
 rapuit, solvit, הָשִׁיב restituit,
 Psal. LXIX, 5. vid. Interpretes.
 Castigatio (כָּסֶפֶת debiti rigo-
 rosa exactio, Deut. xii, 2. Jer. II,
 30. xxx, 14. Ezech. V, 15.) pacis
 nostræ super ipso fuit, Es. LIII,
 5. Lytro persoluto homines re-
 os liberavit ac redemit à pœ-
 nis, Matt. xx, 28. Marc. x, 45.
 1. Tim. II, 6. Eph. I, 7. Col. I, 24.
 Rom. III, 24. Ebr. iv, 12. Gal.
 III, 13. IV, 5. 2. Pet. II, 1. Apoc.
 xiv, 3. sq. Matt. xiii, 44. xiv,
 15. xxv, 9. xxvii, 7. Marc. vi 36.
 1. Cor. vi, 20. vii, 23. Ergò pro
 illis ex asse satisfecit. vid. Coll.
 Anti-Socin. fol. 433. sqq.

LXI.

& (post hu-
 manitatis
 priùs exina-
 nitæ

Subjectum QVOD exina-
 nitiois est Persona Θεάνθρω-
 πος: CHRISTUS JESUS se
 ipsa

ipsum exinanivit, *Phil. II, 5. sgg. QVO* est sola humanitas, sed in unione considerata. Nam divinitas exinaniri ad mortem crucis *Phil. II, 8. nequit*. Forma est depositio formæ (i. e. statûs) Dei, *Phil. II, 6.* & assumptio formæ (i. e. conditionis) servi, v. 7. Si $\mu\omicron\rho\phi\eta$ h. l. naturam significaret, in exinani- tione Deitatem: & in exalta- tione humanitatem deposuis- set, adeòq; in solo momento unio- nis Personalis $\theta\epsilon\alpha\upsilon\theta\rho\omega\pi\epsilon$ & fu- isset. Finis est expiatio raptûs Deiformitatis in Paradiso a- tentari. Adeòq; in $\kappa\rho\upsilon\psi$ nudâ, quæ est tantum exinanitio co- ràm hominibus, non autem ex- piatoria & satisfactoria coràm Deo, non consistit: Unde eva- cuavit se scientiâ extremi diei, ut nesciret instar Angelorum, quorum ignorantia non simula- ta, *Marc. XIII, 32.* Invidium argumentum est: Christus vo-

luit glorificari gloriâ, quam habebat apud Patrem, *Joh. xvii, 5. Ergò in exinanitione eam non habuit apud Patrem, sed sese eâ penitus etiam coràm Deo evacuavit, vid. Decis. Sax. fol. 39.*

ad mortem

LXII.

Christus in formâ Dei existens exinanivit se ipsum, & humilem præbuit se ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, *Phil. II, 7. 8.*

LXIII.

[s. triduanus
discessus a-
nima;

*Mors ejus non in solâ anima λύσις, sed etiam (necessariò consequente, nisi divinitus inhibeatur) discessu ex corpore consistebat. Nam exspiravit Marc. xv, 36. Luc. xxiii, 46. Spiritum (non vitalem, sed eum, quem in manus Dei commendavit) emit, Joh. xix, 30. Anima ab eo sublata, Joh. X, 18. & deposita erat v. 17. Corpus in sepulchro,
anima*

anima in Paradiso (non in sepulchro) fuit, Luc. XXIII, 43. vid. Feuerborn. Κενωσις. Sent. III. f. 88. sqq. Σκιας. f. 330.

LXIV.

& rupti vinculi naturalis non personalis statum,

Vinculum naturale mors dirupit. Personale ruptum nunquam fuit, quia anima nunquam ἀνυπόστατος, nunquam αὐτοπόστατος fuit. Sanguis effusus mansit Dei proprius (proprietate personali) sanguis, Act. xx, 28. aliàs expiatorius nō fuisset. Christus mansit Sacerdos eis τὸ δυνεκέσ, Ebr. VII, 3. Ergò etiam in morte, ἀδεός, θεοῦ ἄρως etiam in morte fuit. In morte enim vel maxime Sacerdos fuit: & actus sacerdotales utriusque nature sunt. Accedit: Si per mortem fuisset ruptum vinculum personale, per Resurrectionem denuò Verbum caro esset factum, & ità bis incarnatum. Vid. mox citand. Scholiast. Damasc.

LXV.

In quo ta-
men corpus
mortuum
nequaquam
cadaver ex-
titit,

Neq; Chri-
stus existere
desinit.]

*Ad cadaver enim præter dis-
cessum animæ etiam pertinet
corruptio, quam Christus nun-
quam vidit, Ps. xvi, 10. Act. II,
3. Unde etiam sanguis non
computruit, 1. Pet. i, 18. 19. a-
deoq; in resurrectione ad corpus
reassumptus fuit. Nullum corpus
quamdiu in hypostasi sue perso-
ne manet, cadaver est. At corpus
Christi in triduo mortis mansit
in sua Persona hypostasi. E. Alias
Deus in triduo mortis fuisset ca-
daver, quod blasphemum. Item
in resurrectione rursus verbum
carofactum esset, & renova-
tum incarnationis sacramen-
tum. Vid. Scholiast. Damasc.
L. III. O. F. c. xxii. & Feuerb.
Κερωσις. S. III. f. 104.*

*Omnis Sacerdos existit. At
Christus in triduo mortis fuit
Sacerdos. Fuit etiam Filius ho-
minis, Matt. xii, 40. Ergo ex-
titit. Implicat enim Sacerdo-
tem*

tem & Filium esse, nec tamen
existere. Corpus in sepulchro, a-
nima in Paradiso fuit. Falsam
hypothesin, quòd mori sit non e-
xistere, confutavit Colleg. An-
ti-Socin. Disput. LXV. seq.
CXL. sqq.

LXVII.

Potestatem Christus homo
habuit animam suam depo-
nendi & resumendi, Joh. X, 18.
destructumq; per mortem Tem-
plum corporis sui, ingenti mi-
raculo, Joh. II, 19. coll. 18. ipse ex-
citavit. E. non tantùm resurre-
xit Dominus, Marc. XVI, 6. sed
etiam se ipsum resuscitavit. Et
Enjedinus Expl. Locor. fol. 193.
ait: Cujusvis hominis animã
excitare corpus posse. Cur ergò
negemus id Christo?

LXIIIX.

De torrente in viã bibet,
postea exaltabit caput, Ps. CX,
7. DEUS ipsum ὑπερύψατο, ac
donavit illi nomen super o-
mne

αὐτοζωο-
ποίησις,

atque exal-
tationem:

omne nomen, ut in nomine Je-
su flectat se omnium genu, cœle-
stium, terrestrium, ac infero-
rum, *Phil. II, 9. 10.* Subjectum
exaltationis Quod est Persona:
quo, natura humana, sed in u-
nitione considerata. Divinitas e-
nim nec proficit, nec exaltari
potest. Forma est uno verbo:
μορφῆς ἡ θεῆ libera, plena, ac
majestatica usurpatio, s. gloriæ
non relativa tantum manifesta-
tio, sed realis collatio facta semel,
cum illa sit particularis hacten-
us (universalis ad iudicium
reservatur) & successiva. Col-
latio, inquam, nominis super
omne nomen, majestatis sive
formæ Dei, universalis ac inces-
sans ἡ θεῆ *Phil. I. c.* (Κτῆσιν
enim jam olim habuit, *Col. II,*
3. Joh. XVII, 2. & nonnunquam
ejus radios sparsit, *Joh. II, 11.*)
& filiationis collatæ plenaria
κληρονομία, *Ebr. I, 2. 4. 5.* Fi-
nis est genuflexio (spiritualis
&

& divinus cultus, *Es. XLV, 23.*)
& ab omni lingua glorificatio,
Phil. II, 11.

LXIX.

ad cuius ple-
narium ac
incessantem
usum,

*Nam temperarium, partialē & interruptum majestatis u-
sum etiam in statu exinanitio-
nis, quod miracula testantur,
babuit. Conversione aquæ in
vinū edidit initium (Ergo Pa-
pistarū argillaceæ aviculae sunt
inanes fabulae) signorum J E-
S U S in Canâ Galilææ, & ma-
nifestavit gloriam suâ, & cre-
diderunt in eum discipuli e-
jus, *Joh. II, 9. 11.**

LXX.

peractio to-
tius perso-
næ descensu

CHRISTUS mortifica-
tus carne, vivificatus a. Spiritu
abiit (*in infernum*) & Spiriti-
bus, qui erant in (*infernali*)
carcere (*inobedientibus illis &
Noacho credere volentibus, a-
deòq; damnatis*) prædicavit,
1. Pet. III, 18. 19. 20. Subjectum
est totus Christus (ωπομοιθης s.

EX

ex mortuis resuscitatus. l. c. qui ascendit etiam descendit, Eph. IV, 10. at totus ascendit. Forma est realis πόρευσις descensus, l. c. Pet. v. 18. coll. Job. IIX, 1. XI, 11. Matt. XXVII, ult. reali ascensioni oppositus, Ephes. IV, 10. Terminus est infernus damnatorum, incredulorum carcer, 1. Pet. III, 18. φυλακὴν semper in malam partem est, Matt. V, 25. Luc. XII, 58. Apoc. XII, 2. XX, 7. Finis praedicatio, 1. Pet. III, 19. non Evangelica, sed terrifica & realis, quâ mortis & inferni victorem se ostendit, & damnatos ἀπίστias convicit.

LXXI.

& Ascensu

Ascendens tota persona: JESUS, rediturus ad judicium, Act. I, 11. Subjectum Quo natura humana, Actor. I, 9. Luc. XXIV, 51. Modus realis in altum progressio, Act. I, 9. 10. 11. Ivit enim l. c. erat visibilis ἀνάλη-

ψ15

ψ15, *Luce. xxiv, 50. 48. Marc.*
xvi, 19. Finis est plenaria ma-
jestatis usurpatio, Eph. iv, 8.
Col. II, 15. Et ut locum nobis
pararet, Job. xiv, 2. sq. Ebr. x,
39. Advocatus noster esset,
Ebr. ix, 24. Et Spiritum San-
ctum Ecclesiae suae mitteret,
Job. vii, 39. xvi, 7. Eph. iv, 8.

LXXII.

per sessio-
nem à dex-
tris perve-
nit,)

Dixit Pater: Sede à Dextris
meis, Ps. CX, 1. Ebr. I, 13. igitur
Jesus ad dextram throni
DEI confedit, Ebr. xii, 2. Sub-
jectum Quod sessionis est Per-
sona Θεάνθρωπος Jesus, Ebr.
xii, 2. Christus, 1. Pet. III, 22.
Filius Dei, Ebr. I, 13. Subje-
ctum QVO Θεάνθρωπος Hu-
manitas, quia haec sola est exal-
tata. Relatum est Dextra Dei,
non absolute, sed relate Dei Pa-
tris: Sede à Dextris MEIS,
Ps. CX, 1. non Filii, cui sinistra
opponitur, Matth. XXV, 41.
Dextra haec non est locus, sed re-
gnum

gnum divinum, omnipræsens,
omnipotens, majesticum,
gloriosum, *Matth. XXVI, 64.*
Ebr. I, 3. Matth. XIX, 28. XXV, 31.
conf. omnino Schröder. Thron.
Regal. fol. 155. sqq. Ad hoc re-
gnum evehi est ad dextram Dei
sedere. Finis est omnipotens ac
omnipræsens regimen, Ecclesiæ
protectio, Ps. II, 17. CX, 2. Dan.
X, 21. Eph. I, 22. sq. V, 23. IV,
12. Hostes subigere, Psal. CX, 1.
seqq. mortuos suscitare, judi-
care, pios glorificare, impios
damnare. Hæc enim ad regnũ
Dei pertinent.

LXXIII.

Judex futu-
rus vivorũ
ac mortuo-
rum.

Hic JESUS ὃν ἑώρατον, eo
(visibili) modo, quo vidistis
euntem in coelum, redibit,
Act. I, 11. judicare orbem ter-
rarum in justitiã, Act. XVII, 31.
Pater enim neminem judicat,
sed omne judicium dedit Fi-
lio, ad cujus vocem prodibunt
omnes, qui in monumentis
sunt.

sunt, boni quidem in resurre-
ctionem vitæ, mali in resurre-
ctionem condemnationis, *Job.*
V, 22. 28. seq. Summa: Domi-
nus Jesus Christus judicaturus
est vivos (quos dies Domini vi-
vos deprehendet, 1. Theß. IV, 15.
sq.) & mortuos, 2. Tim. IV, 1.
Processum totum ipse describit
Matth. XXV, 31. sqq.

LXXIV.

Cui tanquã
secundæ di-
vinæ perso-
næ jungen-
da est tertia
Spiritus S.

Probanda est Spiritus S. (I.)
Divinitas: Appellatur enim
DEUS Act. V, 3. sq. v. 9. יהוה
2. Sam, XXIII, 3. Esa. VI, 8. coll.
Act. I, 16. XXIX, 25. Eph. III, 5.
1. Pet. I, 11. 2. Pet. I, 21. Vid. Coll.
Anti-Socin. fol. 35, 39. sqq. Est
cum Patre UNUM sive ὁμοού-
σιον, 1. Joh. V, 7. omnipræsens,
Pf. CXXXIX, 7. æternus, Esa.
XL, 13. omniscius, scrutans
profunditates ipsius Dei, 1. Cor.
II, 10. Esa. l. c. creaturis inscru-
tabiles, Esa. l. c. Rom. XI, 34.
religiosè adoratur, Esa. VI, 3.
coll.

coll. Act. XXII, 25, in eun-
dē baptizamus, Matt. XXII,
19, adeòq, credimus: in ipsum
peccamus, Esa. LXIII, 10. irre-
missibiliter, Matt. XII, 31. Tri-
buuntur ipsi opera Dei, Crea-
tio, Gen. I, 2. Job. XXVI, 13.
Ps. XXXIII, 6. CIV, 30. Mira-
culorum patratio, Luc. I, 35.
Matt. XII, 28. Act. X, 38. coll.
Ps. LXXII, 18. Sc. (II.) Perfo-
nalitas: Dona id'ia distribuit
unicuique sicut vult, 1. Cor.
XII, 11. super Christum descen-
dit, & in corporali specie co-
lumbæ assumptâ apparuit,
Luc. III, 22. Vid. Coll. Anti-
Socin. fol. 183. seqq: est ὁ ἁγί-
ος κλητῶν, & quidem ἄλλος,
Job. XIV, 16. & πνεῦμα cum
masculino ἐκεῖν, Job. XIV, 26.
XV, 26. XVI, 13. seqq. constru-
itur: intelligit, Es. XI, 2. scru-
tatur profunda Dei, 1. Cor. II,
10. πῶς ἔτι dicenda Apосто-
lis suggestit, & per eosdem
locu-

locutus est, *Marc. XIII, 11.* exacerbatum (*s. ad iram commovetur.*) *Esa. LXIII, 10.* futura prædicat, *Job. XVI, 13. sq.* ministros sibi segregare jubet, & officiales assumit, *Act. XIII, 2.*
LXXV.

à Patre Filioque procedentis.

Spiritus, qui à Patre procedit, *Job. XV, 26.* Pater mittit in nomine Filii, *c. XIV, 26.* Ipse Filius mittit eundem à Patre, *c. XV, 26.* Vocatur Spiritus Filii, *Gal. IV, 6.* & Christi, *Rom. IX, 9.* Spiritus oris, *2. Thes. II, 8.* & labiorum Christi, *Esa. XI, 4.* quia Filius eum spirat & mittit. Nulla enim persona mittitur ab eâ, à quâ non procedit. Unde solus Pater missus non legitur, quia à nullâ procedit. Missio enim est æternæ processionis manifestatio.

LXXVI.

Quæ SS. Trinitas est Creator omnium.

Creavit אלהים (qualibet divinarum Personarum) *Gen. I, 1.* Verbo Domini coeli firmati,

C

&

& spiritu oris ejus, *Pf. xxiii, 6.*
Job. I, 3. coll. Col. I, 16. Job. V, 17.
Spiritus S. incubabat aquis,
Gen. I, 3. & Jobum fecit, Job.
xxxiii, 4. Creatio est opus ad
extra. Ergò totius Trinitatis.
Ego Jehova faciens omnia SO-
LUS, (*absque socio*) expandens
terram per meipsum (*absque*
instrumento) *Esa. XLIV, 24.*
Creatio est productio ex nihilo
negativo (*Vocavit Deus non*
apparentia ut essent, Ebr. XI, 3.
que ipsi Deo non apparent, nihil
sunt. conf. Rom. IV, 17.) & pri-
vativo, quale fuit Chaos rude &
inhabile: Tohu & Bohu dicta
Gen. I, 2.

LXXVII.

Cœli &
Terræ,

Gen. I, 1. Perfecit sex diebus
cœlum & terram cum omni e-
xercitu, & septimi initio quie-
vit. Genes. II, 1. 2. Primo mo-
mento Chaos produxit: primo
triduo tria prima corpora di-
stinxit, Gen. I, 3. 4. sqq. Secun-
do

coll. Job. xli, 18. sqq. in laudem
Dei, Job. xxxiix, 7. Esa. vi, 3.
Ps. civ, 4. Dan. vii, 10. Matt.
vi, 10. Hominumque custodi-
am, Ebr. I, 14. non cultum,
Gal. iv, 8. Apoc. xix, 10. xxii, 8.
sq. Deut. vi, 13.

LXXIX.

quorum
quidam in
bonitate,
concreata

Angeli creati sunt boni. Om-
nia enim, quæ fecit Deus,
valdè bona erant, Gen. I, 31. Un-
de mali dicuntur non servasse
ἀρχὴν (principium suum in
bono) Jud. v. 6.

LXXX.

sunt confir-
mati

Nos sumus futuri ἰσάγγε-
λοι Luc. xx, 36. ergò Angelis ad-
minimum pares. At tunc nos
beatitudine excidere non poter-
imus. Angeli vocantur electi,
1. Tim. V, 21. quia instar electo-
rum ibi peccare non possunt.
Semper vident faciem DEI,
Matth. xix, 10. adeò, ut Apo-
stolus falsam prædicationem
Angelis bonis per hypothesein im-
possi-

possibilem tribuat, Gal. I, 8. Ne-
mo hominum, beatitudinem se-
mel ingressus, eâ excidere & pec-
care potest, Rom. VI, 7. Ergo
multo minus Angeli boni.

LXXXI.

post spon-
taneum cæ-
terorum la-
psum :

Non servârunt (quod pote-
rant, exemplo bonorum) suum
principatum, derelinquentes
(spontè, non violenter expulsi)
suum domicilium Jud. v, 6.
Unde in veritate non stantes,
Joh. IIX, 44. ab initio peccar-
tes 1. Joh. III, 8. 2. Pet. II, 4. &
desertores Jud. v, 6. dicuntur.
Quo peccati genere non est d. fi-
nitum. Superbiam fuisse ex Es.
XIV, 12. sq. Gen. III, 5. Matth.
IV, 9. sqq. multis probabile est.

LXXXII.

& Hominū

Creavit Deus hominem de
limo terræ, inspiravit spiracu-
lum vitæ (animam, quæ primâ
origine creatione productâ hodiè
per generationē propagatur, vi
verbi omnipotentis, crescite &

multiplicamini, *Gen. I, 28. conf. v. 22.*) in faciem (*en corpus!*) ejus, & factus est homo in animam viventem, *Genes. II, 7.* Marem autem & foeminam creavit, *Gen. I, 27.*

LXXXIII.

(quorum primus erat Adamus)

Primus fuit Adamus, Gen. II, 21. sqq. per quem omnes homines peccarunt, *Rom. V, 12.* & Eva, *Genes. II, 22. qua est mater omnium viventium, Gen. III, 20.* Ex quorum UNO sanguine Deus totum genus humanum fecit, *Act. XVII, 26. adeo ut Fabula Pra-Adamitarum maneat Fabula.*

LXXXIV.

integrorum

Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit eum, marem & foeminam (*ergo etiam illa sic creata*) creavit eos, *Gen. I, 27. h. e. in justitia & sanctitate veritatis, Eph. IV, 24. verbo: רַחֵם רַחֵם R E C T U M planè Eccl. VII, 30. Quo- ad*

ad intellectū in sufficiente Dei
Col. III, 10. & creaturarum (ex
dominio, Genes. I, 26. quæ est
pars secundaria imaginis, seu
minus principalis, & imposi-
tione nominum Gen. II, 19. e-
lucescente) cognitione: quod
voluntatem & appetitum, in
liberrimâ ac promptâ confor-
mitate ac voluntate divinâ,
Eph. IV, 24. Et quia hic erat
status primæ creationis, figmen-
tum est status purorum natu-
ralium,

LXXXV.

immorta-
lium

Immortalitas totius suppo-
nitur animæ immortalitatē, & cor-
poris non-mortalitatem com-
plectitur. Anima igitur im-
mortalis erat, quia illa est spi-
raculum vitæ, Gen. II, 7. & ne
in homine quidem lapso ab
homine potest interfici, Matt.
x, 28. etsi ab animâ bruti, ex
solo nature lumine judicando,
non differre videatur, Eccl. III,

19. sq. Corpus non-mortale erat,
quia stipendium peccati mors,
Rom. V, 12. VI, ult. tanquam
pœna comestionis, Gen. II, 17.
Deus creavit hominem *ἐν ἀφ-
ρασίᾳ* mortemque non fecit,
Sap. I, 13. II, 23. & Christus à
mortalitate nos liberans, im-
mortalitatem nobis recupera-
vit, 1. Cor. XV, 54. 51. 56. coll. 21.
22. 26. Rom. V, 12. Generatio
hominis integri multiplicatio-
nis tantum medium, non mor-
talitatis remedium erat, Gen.
I, 28. Arboris vitæ usus Gen.
II, 17. coll. 9. immortalitatis hy-
potheticae, ordinatae, anima-
lis & naturalis argumentum
est: & pugna qualitatum per-
fectiva, non corruptiva, locum
habuit. Negatio generationis
& cibi, Luc. xx, 35. seq. 1. Cor.
VI, 13. solam immortalitatem
spiritualem (1. Cor. XV, 44. sq.)
arguit.

LXXXVI.

LXXXVI.

Summè fe-
liciumq̄ve,

(I.) HABITACULO. Para-
diso פֶּדֶס גַּן horto voluptatis,
Gen. II, 8. seqq. vid. Lütken.
Dissert. de primi Homin. habi-
taculo primo, & Hotting. En-
nead. Diss. III. (II.) OTIO.
Labor enim ille in culturâ &
custodiâ amœnissimi horti,
Genes. II, 15. non erat negotium
laboriosum, sed jucundè otio-
sum. (III.) DOMINIO. Fa-
ciamus hominē, q̄vi dominan-
tur (*Plural.*) in pisces maris,
volucres cœli, bestias, univer-
sam terram, & in omnia re-
ptantia super terram, *Gen. I, 26.*
& benedixit eis, dicens: Im-
plete terram, eamq̄ve vobis
subjicite *Ec. v. 28. Quod do-*
minium ad Angelos & astra se
extendisse Scriptura non me-
morat.

LXXXVII.

suâ verò
culpâ la-
pforum

Adamo ex concupiscentiâ
Deiformitatis interdictum de

C 5

NON

comedendo violante *Gen. II, 17.*
per unum hominem peccatum
in mundum intravit, & per
peccatum mors, *Rom. V, 12.*
Non Dei culpâ, *Psal. V, 5.* qui
hominem rectum *Eccl. VII, 30.*
& summè justum sanctumqve
Eph. II, 24. creavit: sed Dia-
boli svasu *Genes. III, 1. seqq.* &
neglectu imaginis concreata,
cujus usu *Satane* resistere & in
integritate persistere potuisset.
Spontè ergò & propriâ culpâ
imaginem perdidit, & naturam
depravavit, sibi ipsi & omnibus
posteris. Per inobedientiam
enim unius hominis peccato-
res constituti fuimus omnes,
Rom. V, 19. unius delicto mo-
riuntur *v. 15.* & condemnan-
tur omnes *v. 16.* Verbo: Sic in
omnes homines per illum ho-
minem mors pervasit, è q̄ ò in
qvo (*Adamo*) omnes peccâ-
runt *v. 12.*

LXXXIIX.

LXXIX.

nunc à ge-
neratione
peccaminos-
orum,

Peccati (quod est ἀνομία 1. Job. III, 4. recessus à lege, ut NON à viâ Prov. XIX, 2, ac scopo Jud. XX, 16. ἀνομίον est peccatum, non semper ἐκ γόου. Nam dantur peccata ignorantia, imprudentia, incogitantia, Act. III, 17. 1. Tim. I, 13. Nam. XV, 27. seqq.) originalis originantis veritas jam patuit. Hic probatur originalis originati existentia & propagatio. Existentiam probavit locus Rom. V, 12. 15. 16. 19. Propagationem docent seqq. Adamus lapsus genuit filios, non ad imaginem Dei, sed suam (i. e. corruptam peccaminosam) Gen. V, 3. Ex carne caro Job. III, 6. immundi ex immundis Job. XXV, 4. XIV, 4. in peccatis quippe concepti Ps. LI, 7. adeoq; mortales Rom. V, 12. VI, ult. ad spiritualia cœci Act. XXVI, 8. Eph. IV, 18. imò planè mortui, Eph.

II, 1. 5. *adeòq̄*, naturâ filii iræ,
v. 3. ac æternæ damnationis
rei *Joh.* III, 5. 6. 18. 36. I. Cor.
XV, 22. N A S C I M U R. *Ex quo*
originali peccato, ad quod etiam
concupiscentia (non novissem
concupiscentiam originale,
esse peccatum, nisi lex dixisset
non concupisces *Rom.* VII, 7.)
originalis *pertinet, omnia actu-*
alia peccata pullulant. Unus-
quisque *enim* tentatur (*ad pec-*
candum) dum eum propria
concupiscentia abstrahit
(ἐξέλκυσαι) & inescat (δε-
λεάζυσαι) deinde concupi-
scentia postquam concepit
(συμβῆσσαι) parit (τίκνυσαι)
peccatum (*foràs erumpens,*)
peccatum verò (*actu externo*)
perfectum, parit mortem. *Jac.*
I, 14. 15. *Ex corde enim (pravo)*
excunt non tantùm malæ cogi-
tationes, sed etiam adulteria,
stupra, homicidia, furta &c.
omnia hæc mala ab internis
pro-

procedunt & inquinant homi-
nem Macr. vii, 20. seqq.

LXXXIX.

& ad spiri-
tualia planè
mortuorū,

Mortui sumus in peccatis,
Eph. II, 5. adeò ut animalis ho-
mo non percipiat ea, quæ sunt
Spiritus, nec cognoscere illa
queat, *I. Cor. II, 14. Quare in*
spiritualibus non liberum, sed
servum habemus arbitrium.
Homo enim carnaliter genitus
est servus peccati, *2. Pet. II, 19.*
Rom. VI, 16. sub peccatum
venundantus *Rom. VII, 14, 20.*
& conclusus *c. XI, 32. Gal. III,*
22. Qui autem peccati servi
sunt, libero arbitrio destituun-
tur, *Joh. IIX, 33. seqq. Nam à*
quo quis superatus est, huic e-
tiam in servitute addictus
est, *2. Pet. II, 19. Unde homo ir-*
regentus, quoad spiritualia,
cæco *Eph. IV, 18. Act. XXVI,*
8. mortuo Eph. II, 1. & lapide-
um cor habenti *Ezech. XI, 19.*
XXXVI, 26. comparatur. Sine

me nihil potestis facere, *Joh.*
xv, 5. Solus enim Deus opera-
tur & velle & perficere. *Phil.*
II, 13. De civilibus rebus, & a-
ctionibus externis ac pædago-
gicis h. l. non queritur.

XC.

ne Matre
quidē Do-
mini exce-
ptâ.

Maria enim mortua est. vid.
Baron. ad ann. xliix. n. 11. At
stipendium peccati mors *Rom.*
VI, ult. Quorum Christus red-
emptor est, ii omnes in Ada-
mo fuerunt mortui, Rom. V,
11, 12. At Christus est Redem-
ptor (sine exceptione) omnium
omninò hominum 1. Tim. IV,
10. totius mundi Joh. III, 16. e-
tiam Mariæ Luc. I, 47. fatente
Zosimo apud Aug. clvii. Con-
venit inter Catholicos etiam
B. Virginem sanguine Christi
esse redemptam, & illud 2. Cor.
V, 15. quòd Christus pro omni-
bus mortuus sit, sine ullâ exce-
ptione esse accipiendum, in-
quit Bellarmin. IV. de Amis.
Grat.

Grat. c. xvi. *At verò Christus tantum pro injustis passus est, Es. LIII. inquit idem Bell. l.c. c. VII. Mariam in peccato orig. conceptam Sancti omnes fatentur, ait Canus LL. L.VII.c.I. vid. Vincent. de Bandalis, & nostram Dissertat. de Concept. Mariæ.*

XCI.

Oportet vos nasci *ἀνωθεν* *Joh. III, 7.* nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi regnum cœlorum. v. 5.

XCII.

Renascimur ex verbo DEI, tanquam semine incorruptibili, 1. Pet. I, 23. *Ex verbo, inquam, prædicati Evangelii, cuius auditus accendit fidem, Rom. X, 17. (Lex enim iram, tantum operatur, Rom. IV, 15. quia infirmatur per carnem, c. IIX, 3. nec hoc casu data est, ut vivificet Gal. III, 21. & tantum requirit*

Qui nisi ἀνωθεν
rege-
niti

reparentur
per verbū,

requirit FAC HOC Luc. X,
28. nec vires quicquam agendi
prestat) corda purificantem.
Act. XV, 9. Unde per Evange-
lium gigni dicimur 1. Cor. IV,
15. cuius doctrina auditores sal-
vat 1. Timoth. IV, 16. Caterum
Summa Evangelii est CRE-
DE Actor. XVI, 31. Rom. X, 9.
Sicuti Legis FAC Luc. X, 28.

XCIII.

& duo Sa-
cramenta

Sacramentum est actio sa-
cra, solennis, divinitus institu-
ta, circa certam rem visibilem,
coelesti unitam, quâ Deus, hu-
mano ministerio, dignè uten-
tibus, promissionem Evange-
licam applicat & obsignat.
Hoc sensu duo tantum sunt in
N. T. Baptismus sc. & Eucha-
ristia. Provocamus ad in-
ductionem, & ἀδυναμίαν Ad-
versariorum. Aqua solum (ma-
teria baptismi) & sanguis (ma-
teria Eucharistiae) ex latere
Christi fluxit, Job. XIX, 34. Ad-
mit-

mittunt consequentiam Leo M.
Rabanus Maurus L. II. de Eu-
char. c. IX. Thom. P. III. q.
LXIV, a. 2. Toletus, Ferus in Job.
XIX, 34. &c.) & probatur, quia
tres tantum sunt testes in terrâ,
Spiritus, (verbum) Aqua, (ba-
ptismi) & sanguis (Eucharist.)
1. Job. V, 8. 9.

XCIV.

salvifica,

Per Baptismum enim rege-
neramur, Job. III, 5. 6. remis-
sionem ac Spiritum S. recipi-
mus, Act. II, 38. renovamur
ac salvamur, Tit. III, 5. In Eu-
charistiâ verò Corpus & San-
guinem Dominicum ad remis-
sionem peccatorum, & fidei
confirmationem accipimus.
Joh. VI, 33. 56. Luc. XXII, 20.
Matt. XXVI, 28.

XCV.

ὑδροβα-
πτισμὸν sc.

Baptismus (Apostolicus, à
Christo Matt. XXIIIX, 19. insti-
tutus) est propriè dictus, AQUÆ
naturalis Job. III, 5. (Spiritus
tamen

tamen unitæ *Job. III, 5.* & a-
quæ in verbo *Eph. V, 26.*) aquâ
diluvii *1. Pet. III, 20. sqq.* præ-
figuratus; aquâ laterali Christi
Job. XIX, 34. designatus: pro-
pterea propè Salim, QVIA A-
QVÆ MULTÆ IBI, *Job. III,*
23. administratus: & à Christo
in Jordane *Matth. III, 13. 16.*
susceptus: UNUS *Eph. IV, 5.*
adeòq; à Johanneo non distin-
ctus *Job. III, 27. coll. 26. Luc.*
VII, 29. 30. Job. I, 33. Matth.
III, 5. 6. vid. Coll. Anti-Socin.
fol. 782. sqq. In nomine Patris,
Filii & Spiritûs S. *Matth. XXIIIX,*
19. mersione vel asperione,
(*vid. Marc. VII, 4. coll. Luc.*
XI, 38. quod liberum esse debet,
Calvin. L. IV. Instit. c. XV. §. 19.)
à ministris ordinariè (à Laicis
& mulieribus exemplo Zippo-
ræ *Exod. IV, 25. 26. coll. 1. Mac-*
cab. I, 63. L. II. c. VI, 10. Col.
II, 11. Calvin. Instit. L. IV, c.
XV. §. 20. in casu necessitatis)
infan-

infantibus (*Matth. xxix, 19.*
Joh. III, 5. 6. Col. II, 11. Act. II,
39. coll. 38. 41. Actor. xvi, 15. 33.
xix, 8. I. Cor. I, 16.) & adultis
administratus, eos regenerat
(*Joh. III, 5. Tit. III, 5.*) & re-
missis (*præteritis ac futuris I.*
Pet. III, 21. Rom. xi, 29. Rom.
III, 3. Jerem. III, 12.) peccatis
(*Actor. II, 38. xxii, 16.*) salvat.
Tit. III, 5. I. Pet. III, 21.

XCVI.

& Eucharis-
ticam

CHRISTUS accepit PANEM
(*qualis etiam Hostiæ sunt*) &
VINUM (*non alium liquorem*)
εὐλογήσας (*acceptio & εὐλογία*
totam consecrationem, desti-
nativā & unitivam absolvunt)
fregit, (*distributivè, non obla-*
tivè, aut ablativè) dixitq; di-
scipulis (*non-conficientibus*) λά-
βετε (*non reponite*) comedite
(*ad alium usum non instituit*)
HOC (*quod in, cum, sub pane*
accipietis) EST (*non tantum*
significat) CORPUS MEUM,
(*non*

(non signum eius) BIBITE
(multi, non unus tantum com-
municantiū) ex hoc OMNES
(non solus conficiens, sed omnes,
qui se probare possunt, 1. Cor.
xi, 28.) HOC EST SANGVIS
MELIS Novi Testamenti (ergo
substantialiter ingreditur Te-
stamentum novum, uti sanguis
vitulorum istud vetus, conf. Coll.
Anti-Socin. fol. 911.) Corpus,
inquam, quod traditum est pro
vobis, & sanguinem, qui effu-
sus est in remissionem pecca-
torum, Matth. xxvi, 26. 27. 28.
Marc. xiv, 22. 23. 24. Luc. xxii,
19. 20. 1. Cor. xi, 23. 24. 25. 26.
27. sqq. CHRISTUS igitur hic
non sacrificavit se ipsum, quia
illud semel tantum in arâ cru-
cis prestavit, Ebr. vii, 27. x, 14.
Sacrificium propriè dictum in-
cruentum est somnium sine so-
mno.

XCVII.

in Ecclesiâ,

Dic Ecclesiæ, Matth. xix,

17.

17. (ergò non consistit in unâ personâ) quæ est Corpus (mysticum) Christi, (Eph. I, 22. seq.) adeòq; multitudo ordinata, ædificata super Petram (Matth. XVI, 18) Christum (I. Cor. X, 4. III, 11.) quod de solis membris veris s. vivis intelligitur, (nam impiorum caput Christus non est: & qui Spiritum Christi non habet, non est ejus, Rom. IIX, 9. sicut palme non trahens succum ex vite, ejicitur, Joh. XV, 4. 5. 6.) representata in Conciliis Act. XV, 2. 3. Matth. XIIX, 17. divinitus institutis, Matt. XIIX, 20. Act. XV, 28. à Magistratu convocandis, Ps. II, 10. sq. XXIV, 7. 9. (exemplo piorum Imperatorum) quorum Præses Politicus est Magistratus: Ecclesiasticus pius Theologus: Suffragatores omnes Fideles Scripturarum periti existunt Act. XV, 28. Ceterum Ecclesia est Una, Sancta, Catho-

tholica, Eph. IV, 4. sqq. quō-
ad externum & florentem sta-
tum visibilis, juxtā internam
formam invisibilis hominibus,
2. Tim. II, 19. 1. Reg. IIX, 39.
XIX, 10. 14. solo verbi puro præ-
conio (si floreat) notabilis. Si
manferitis in sermone meo
&c. Joh. IIX, 31. Oves meæ vo-
cem meam audiunt, c. X, 27.
Finis est hominum æterna sa-
lus, Apoc. II, 11. Rom. X, 13. 14.
sq. coll. 1. Tim. IV, 16. 1. Pet. V,
10. II, 9. (cū nemo corpore &
animo simul extrā Ecclesiam
existens, salvetur, Joh. XV, 6.
Eph. I, 22. sq.) & gloria DEI,
Eph. I, 11. sq. III, 20. sq.

XCIIX.

ad quam
sub solo
Christo ca-
pite

Deus dedit CHRISTUM
CAPUT super omnia ipsi Ec-
clesiæ, quæ est corpus illius,
Eph. I, ult. conf. c. IV, 15. seq.
Paulus nullā re inferior fuit
summīs Apostolis, 2. Cor. XI, 5.
XII, 11. i. e. Petro & Johanne,
vid.

vid. Est. h. l. fol. 519. Ergò Pe-
trus Paulo nullâ re fuit supe-
rior. Paulus Petro in faciem
restitit, Gal. II, II. 14. Ergò eū
pro Papâ non agnovit. Si Pe-
trum Matth. XVI, 18. Christus
caput constituisset, nulla inter
Apostolos, quis eorum major
sit, contentio φιλονικία Luc.
XXII, 24. fuisset. Et Apostolus
omnes ministros, quos Chri-
stus Ecclesiæ DEDIT recensit-
urus, omisit Papam, Eph. IV, II.
Et notabilius dixisset: num o-
mnes Papæ? quàm: num o-
mnes Apostoli, num omnes
Prophetæ, num omnes Do-
ctores? I. Cor. XII, 29.

XCIX.

omnes vo-
cantur;

Venite ad me omnes, qui
laboratis & onerati estis,
Matt. XI, 28. Ite in mundum
universum, & prædicate Evan-
gelium omni Creaturæ, Marc.
XVI, 15. quod etiam prædicabi-
tur in toto mundo, Matt. XXIV,

14. Deus enim annunciat
OMNIBUS UBIQUE, ut re-
suscitent, quia omnes sunt ju-
dicandi in extremo die, Act.
XVII, 30. 31.

C.

tanquam
pœnitentes

*Conversio passiva & activa
est. Convertite me, Domine, &
convertar: postquam autem
conversus fuero, etiam pœni-
tentiam (activam) agam, Jer.
XXXI, 18. In conversione passivâ
homo se habet merè passivè, ni-
hilq; positivè confert, (uti homo
mortuus in peccato, Eph. II,
5. se resuscitare nequit) sed tan-
tùm negativè se habet, quatenus
morosè non repugnat, (natu-
raliter enim omninò repugnat,
φρόνημα σαρκὸς Deo repugnat
Rom. IX, 7. sq.) quæ absentia
malitiosæ repugnantia est bene-
ficii prævenientis gratiæ. Po-
tentia enim recipiendi influ-
xum gratiæ non est naturalis,
(juxta quam Deo subdi non
potest,*

potest Rom. IIX, 7.) sed obedien-
tialis. Passivè sic conversus
homo potest ex viribus gratiæ
peccata agnoscere, & in Christum
credere. Unde pœnitentia μετάνοια,
(pro contritione fidei di-
stinctâ, Actor. XX, 21. Marc.
I, 15.) & ὀλικῶς (pro contri-
tione fidei conjunctâ, Matth.
III, 2.) accipitur, duas partes:
Contritionem (2. Cor. VII, 10.
Ps. LI, 19.) & fidem (Marc. I,
15. coll. Actor. XIX, 4.) habens.

CI.

& à pecca-
tis absoluti

Deus in cœlis ἰσχυρικῶς
(solus Deus remittere peccata
potest Marc. II, 7.) ministris
Ecclesie (non nudè ἰσοεικῶς,
sed) effectivè διακονικῶς cre-
dentes ac de peccatis dolentes,
(impœnitentibus enim retinen-
tur Job. III, 18. Matth. IX, 2.
Marc. II, 5.) ab omnibus (sine
ullâ reservatione: quæcunque
Matth. XII, 18. & quorum-
cunque Job. XX, 13. peccata

D

remi-

remiseritis &c. qui per fidem
in Christo Jesu sunt, in illis
non est ulla amplius conde-
mnatio, *Rom. IX, 1.*) *etsi singu-*
la non enumerentur (enumera-
tio est impossibilis *Pf. XIX, 13.*
14. & *nulli praecepta.* Daniel
simul & semel sua ac totius po-
puli peccata c. IX, 20. confiteba-
tur. Publicanus *Luc. XII, 13.*
& Auditores Petri *Act. II, 37.*
indefinitè confessi absoluebantur)
à peccatis absolvunt: quo-
rū peccata remiseritis, remissa
sunt, *Joh. XX, 23.* quicquid solve-
ritis in terrā, solutum erit in
coelis *Matt. XIX, 18.*

CII.

solâ fide

Scimus non justificari ho-
minem ex operibus, *ἐὰν μὴ*
SED per fidem, *Gal. II, 16.* Ar-
bitramur justificari hominem
fide (SOLA, *quia removetur*
oppositum) absque operibus,
Rom. III, 28. Vox sola, tot cla-
moribus lapidata in Luthero,
reve-

reverenter legitur in Patribus,
Erasm. qui in *Comm. h. l.* osten-
dit, quòd sola fides justificet,
nqvii Henr. Ludovici *Ordin.*
Eremit. S. August. in Ep. Rom.
Leet. xxx. Non operanti, sed
credenti (tantum *Syr. & A-*
rabs) fides imputatur ad justi-
tiam *Rom. IV, 5.*

CIII.

sine Ope-
ribus

Non operanti sed credenti
Rom. IV, 5. Si opera gratiae justifi-
ficarent, inanis esset oppositi.
Abraham ex operibus justifi-
catus non fuit, *v. 2, 3.* Ergò
non ex operibus gratiae, quae tunc
fecerat. Non ex operibus, *Eph.*
II, 9. sed gratis, per gratiam,
Rom. III, 24. at si per gratiam,
non ex operibus, aliàs gratia
non esset gratia, *Rom. XI, 6.*

CIV.

per non -
imp. pecca-
tor. & im-
putat. Just.

Justificatio in significatio:
forensi h. l. est justitiae habitio,
(uti Prov. XVII, 15.) per imputa-
tationem scil. sicut Christus fa-

Christi ju-
stificati,

ctus est pro nobis peccatum
(*imputativè*) ita nos reddimur
(*imputativè*) justitia in illo,
2. Cor. V, 21. Unde actus *ἀπολύσι-*
κός est peccati non-imputatio
(*Pf. xxxii, 1. Rom. iv, 8.*) sive
peccati remissio: actus verò
δικαιωτικός est justitiæ Christi im-
putatio: Fides (*quæ creditur*)
imputatur ad justitiam *Rom.*
iv, 5. Ergò fides habet aliquam
justitiam: non suam; ergò alie-
nam Christi. Christus enim est
factus nobis justitia, *1. Cor. I,*
30. sq. Jehova Justitia nostra,
Jer. XXIII, 6. XXIII, 16. in
quo justitiam nostram habe-
remus. *Es. XLV, 24.*

sanctè tamē

CV.
Deponite & mortificate
(*justificati*) veterem hominem
Eph. IV, 22. Col. III, 5. 8. & in-
duite *ἡμέρα καὶ ἡμέρα* (*successi-*
vè) hominem novum, *Eph. IV,*
24. 2. Cor. IV, 16. qui conditus
est

est in iustitiâ & sanctitate v-
ritatis *Eph. IV, 22. 23. 24. seqq.*

CVI.

propter De-
um, proxi-
mum & se
iplos

*Sanctitatis & bonorum ope-
rum studium non ad salutem,
sed propter ordinem divinius
constitutum & officium nostrum
necessarium est, ut Deo obe-
diamus, (Hæc est voluntas Dei
vestra sanctificatio, ut absti-
nentes à malis faciatis opera
bona, 1. Thes. IV, 3. seqq.) ipsum
glorificemus (1. Petr. III, 15.
Matt. V, 16. 1. Pet. II, 11. 12.
Eph. I, 4. 6. 12.) proximum
diligamus, (Matt. XXII, 39.
2. Thes. I, 3.) cum non scan-
dalizemus, (1. Cor. X, 32.) im-
probos pudefaciamus (Tit. II,
8. 1. Pet. III, 16. II, 12.) no-
stram verò justificationem de-
monstremus (Jac. II, 18. Matt.
V, 16.) vocationem & electio-
nem (à posteriori) firmam fa-
ciamus, (2. Pet. I, 10. Job. III,
14. seqq.) ne Spiritum S. con-*

tristemur, (*Ephes. IV, 30.*) &
(*Deut. XXVII, 26. Galat. III, 10.*
Rom. VI, ult.) damnemur. Ma-
la enim opera damnant, licet
bona non salvent, *Rom. I. c.*

CVII.

absq; scan-
dalo viven-
tes,

Ne simus illis (*etiam passi-*
vo, quod, licet non nisi extraor-
dinario medio, declinare pos-
sumus) scandalo, mitte hamū,
Matt. XVII, 27. Qui scandali-
zaverit (*active*) unum ex pusil-
lis, fatius ei esset submergi in
mare. Væ mundo ob scanda-
la: necesse quidem est, (*neces-*
sitas consequentia) ut veniant
scandala: sed væ hominī, per
quem (*activum*) scandalum
venit. Si ergo manus tua te
scandalizet, abscinde eam,
Matth. XIX, 6. 7. 8. 9.

CVIII.

in finali fi-
de,

Qui perseverarit usque ad
finem, salvabitur, *Matt. XXIV,*
13. Qui crediderit (non *deus*)
καρ *ἰ* c. *XIII, 21.* *Marc. IV,*

17. sed finaliter) salvabitur ;
qui verò nō crediderit, (finali-
ter) condemnabitur, Marc.
xvi, 16. coll. Joh. III, 16. 18.

CIX.

quam præ-
destinatio
in homine
solam re-
spexit.

Elegit nos (actu) prædesti-
nando (προοριστας. Ergò hæc
sunt Synonyma) Deus in Chri-
sto, (ergò non absolute) ante-
quam jacerentur mundi fun-
damenta, (ergò ab æterno) ut
adoptaret in filios per Jesum
Christum, juxtà εὐδοκίαν (in
Christo fundatam Eph. I, 3.)
voluntatis suæ, ut laudetur
gloria gratiæ suæ, quæ ch. ros
nos reddidit per illum dilectum,
Eph. I, 4. 5. seq. Quos, juxtà
πρόθεσιν vocandos, προέγνω
(præscivit parituros, adeòq, ut
creatos & lapsos prius spectatos)
eosdem etiam προορίσας (pra-
destinavit) Rom. IIX, 28. 29.
Quos autem prædestinavit, e-
osdem etiam (tanquam o-
bedituros, aliàs plures vocan-

tur quàm prædestinantur, (Matt. XXII, 14.) vocavit: & quos (hoc pacto) vocavit, eosdem etiam (finaliter quoque) justificavit: quos autem (finaliter) justificavit, hos etiam glorificavit, v. 30. Quo pacto Deus in tempore salvat, eo pacto ab eterno (propter harmoniam decreti & executionis) salvare decrevit. Atqui in tempore solos finaliter credentes salvat. Ergo. Syllogismi enim prædestinatorii Majorem πρόθεσις, Minorem πρόγνωσις, Conclusionem θεωρησιμὸς format. Rom. IX, 28. seq.

CX.

euique etiã
providentia
inservit,

Tua, Pater, πρόνοια cuncta gubernat, Sap. XIV, 3. Portat enim Deus omnia verbo virtutis suæ, Ebr. I, 3. ut singula in ipso ac per ipsum (immediato influxu) subsistant, Col. I, 17. Vivimus & movemur & sumus in Deo, Act. XVII, 28. Historie

riae sacri Codicis in univ^{er}sum
sunt limpidissimum Providen-
tia^e divinae speculum. Quicquid
dependet à Deo in esse, dependet
etiam in conservari: nempe cœ-
lū, terra, cum omnibus in illo,
etiam vilissimis rebus, Matt.
VI, 26. X, 29. Ps. LVI, 9. XXXIV,
21. CXXXIX, 1. 2. 3. 4. 16. For-
ma Providentia^e scientiam di-
rigentem (πρόνοια) volunta-
tem imperantem (θεσις) &
potentiam exequentem (δύναμις,
quæ in conservatione &
gubernatione consistit) com-
pletitur. Motiones bonas ef-
ficat ac promovet (Act. XVII,
28. sq. Phil. II, 13. Psal. CXLIII,
10. 2. Cor. III, 5.) malas dete-
stat & impedit, Ps. V, 5. Deut.
XXV, 16. Zach. IIX, 17. 1. Pet. V,
5. Jac. IV, 6.) omnia verò in
bonum finem, Gen. I, 20. Rom.
IIX, 28.) suam gloriam ho-
minum salutem (Es. VI, 3. coll.
Rom. I, 29. sqq. Rom. IIX, 28.) di-
rigit.

elapsâ vitæ
clepsydrâ

CXI.

Omniū dierum humano-
rum, etiam anteqvâm venis-
sent, numerus in libro Dei erat
scriptus, *Pf. CXXXIX, 16.* Dies
mei sunt יָרֵךְ quasi auf
ein Kerbholz gezeichnet / *Job.*
XIV, 5. *Terminus autem vitæ*
uti nō absolute (sed cum relatio-
ne causarum sive supernatura-
lium, sive moralium, sive natu-
raliū &c. vid. Hodosoph. f. 329.)
à Deo decretus; ita nec absolute
immobilis. Aliquando n. pro-
rogatur, 2. Reg. XX, 1. sqq. ali-
quando vel ex gratiâ Es. LVII, 2.
vel irâ Ps. LV, 24. abbreviatur,
ἔ συμβολικὸς per clepsydræ
cœlestis (quæ est decretum Dei)
ac naturalis (quæ est robur ho-
minis naturale) harmoniam
jucundè delineatur.

CXII.

morianur;

Quò die comederis, morte
morieris, *Gen. II, 17.* Stipendi-
um peccati mors, *Rom. VI, ult.*

Unde

Unde in omnes homines mors
pervasit, quia omnes peccave-
runt, *Rom. V, 12.* Deus e *m*
mortem non fecit, *Sap. I, 3, 14.*
jubet autem mori homine,
Pf. XC, 3-7. non mortis institu-
tione; sed impiis in poenam,
(piis in glorificationis mediū)
ordinatione. Consistit mors in
dissolutione abituq; animæ à
corpore, *Gen. xxxv, 18.* *Thren.*
II, 12. *Jon. IV, 3.* *Gen. XXV, 17.*
Num. XX, 3-29. *Job. X, 18.*

CXIII.

tanquam
reprobi

Qui non credit J A M (ab
eterno) condemnatus est, *ὅτι* i-
deò, QVIA non credidit (jux-
tà previsionem Dei) in Chri-
stum, *Job. III, 18.* Qui non cre-
dit in eum, non videbit vitam,
sed ira Dei manet super ipsum,
v. 36. Deus impensore ob incre-
dulitatem (quæ sola actu da-
mnans peccatum est *Johar.*
xvi, 8, sq.) damnat l.c. Ergò ab

D 6

eter-

eterno ob eandem praevisam da-
mnare decrevit.

CXIV.

in inferno

Ignis succensus est in furore
meo, & ardebit usq; ad infer-
num inferiorem, *Deut. xxxii,*
22. Christus descendit in infer-
num, & spiritibus in carcere,
propter infidelitatem damna-
tis, realiter praedicavit, *1. Pet.*
III, 19. 20. In nomine Jesu fle-
ctitur omne genu caelestium,
terrestrium & inferorum, *Phil.*
II, 10. seq. Epulo descendit
post mortem in tartarum, lo-
cum tormentorum, & crucia-
tuum flammæ, *Luc. XVI, 23.*
28. 24. extra hunc mundum,
Joh. xii, 31. Matt. iix, 12. Luc.
ix, 31. & extra πύγ beatorum,
Apocal. xxii, 15. inter quod in-
transibile χάσμα est *Luc. xvi,*
26. Ubi praesise, incertum &
quaesitu non necessarium est.
Tutius enim est infernum fuge-
re, quam ubi sit querere.

CXV.

CXV.

Visione Dei
& beatorū
gloriā pri-
vati

Pœna damni (*nunquam sine
pœnâ sensûs existens*) in infer-
no est carentia visionis beatificæ
(Discedite à me maledicti,
Matt. xxv, 41. à facie Dei, *2.
Thes. I, 9.* projecti in tenebras
exteriores *Matt. ix, 12. xxii,
13.*) & Beatorum gloria: Soli
enim electi glorificabuntur,
Rom. ix, 29. 30. damnati verò
erunt in æternâ ignominiâ,
Dan. xii, 2. Es. lxvi, ult. in
quibus regnabit æternum **NOL-
LE** illius, quod semper habebunt:
& sempiternum **VELLE** ejus,
quod nunquam sunt habituri.
Summa: nihil cum beatis ha-
bebunt commune præter incor-
ruptibilitatem, sed in pœnam,
ut sentire possint cruciatus æ-
ternos.

CXVI.

æternū
cruciabun-
tur

Justum est apud Deum, ut
impii æternâ pœnâ crucientur
2. Thes. I, 6. 7. 8. 9. & quidem

D 7

verme

verme non morituro *Es. LXVI,*
ult. Marc. IX, 44. 46. 48. Igne
inextingvibili, *Marc. IX, 43. 45.*
adeoq; æterno *Matth. XXV, 41.*
qui sit *emphaticè* Gehenna i-
gnis *Marc. IX, 47.* stagnum
ignis *Apocal. XXI, 8,* ab accen-
sione *Es. XXX, 33.* flammis *Luc.*
XVI, 24. 2. Thess. I, 9. uisione
Deut. XXXII, 22. & fumo ad-
scendente *Apoc. XIV, 11.* ab ele-
mentari *tamen* (qui ipse peri-
bit cum elementis *2. Pet. III,*
10.) *diversi:* & horribilissimis
tormentis *per II. cc.* (pro gra-
dibus *tamen* peccatorum *irro-*
gatis Luc. XII, 47. sq. Matth.
XI, 24.) *descripti.*

CXVII.

cum Dia-
bolis :

Ite in ignem æternum, qui
paratus est Diabolo & angelis
ejus, *Matth. XXV, 41.* Deus enim
angelos peccantes catenis no-
ctis in tartarum præcipitavit,
ut serventur ad judicium, *2.*
Pet. II, 4. Jud. v. 6. Diabolus
missus

missus in stagnum ignis *Apoec.*
xx, 10.

CXIIIX.

Si verò verâ
in Christû
fiduciâ de-
cedant,

Ideò Deus misit filium suum
in mundum, ut omnis, qui cre-
dit in eum (*finaliter*), non pe-
reat, sed habeat vitam æter-
nam, *Joh. III, 16.* Qui credit in
eum, non condemnatur v. 18.

CXIX.

statim cœlo
recepti,

Beati qui in Domino mo-
riuntur *apli A M O D O. A-*
poc, xiv, 13. Dico Tibi: Ho-
die mecum eris in Paradiso,
Luc. xxiii, 43. Pii moriuntur
in pace, *Luc. II, 29.* nihil enim
damnationis est in iis, qui sunt
in Christo Jesu, *Rom. ix, 1.* Et
nulla pœna infligitur pœniten-
tibus, quia ipsorum prævarica-
tionum Deus non ampliùs re-
cordatur, Ezech. xix, 21. Ju-
storum animæ sunt in manu
Domini, (*non tormentum purga-*
torii) ut nullus cruciatus eas
attin-

attingat, Sap. III, 1. *qui Liber
Papistis est Canonicus. Fabula
Purgatorii in Concil. demum
Florentino 1439. fabricata a-
γαφθ est.* Tertium locum
penitus ignoramus, imò nec
esse in Scripturis sanctis inve-
niemus. August. *Hypognost. L.
V. ultra med. Papistis autem
nihil probantibus nihil credi-
mus.*

CXX.

coram Deo
exultabunt,
non dormi-
ent, cum be-
atis ;
Cupio dissolvi, ut sim (*non
dormiam*) cum Christo *Phil. I,
23.* Beati ante thronum Dei
serviunt Deo die ac nocte (*non
dormiunt*) *Apoc. VII, 15.* Ani-
mae martyrum (*non dormiunt,
sed*) expetunt vindictam & ac-
cipiunt stolas albas *c. VI, 10. sq.*
Lazarus post mortem, quoad
animam, in sinu Abrahamae
καλειται: epulo vero in flam-
ma tormenta sensit, *Luc. XVI,
22. sqq.* Absentes a corpore
(mortui juxta Slicht. *Tom. II,
fol.*

fol. 115.) sunt præsentes, & ver-
santur apud Deum, & quidem
non ampliùs secundùm fidem,
sed secundùm speciem, 2. Cor.
V. 8. coll. 6. 7. & 1. Cor. XIII, 13.
*Ergò anima fidelium separata
non dormit, sed felicissimè apud
Deum conversatur. Paulus ne-
sciebat, an dissolvi, an vivere
sit melius. Phil. I, 21. 22. 23.
At melius est, Apostolum in Ec-
clesià vivere, quàm post mortem
inutiliter stertere.*

CXXI.

**Post resur-
rectionem
autem**

Si Christus resurrexit, quo-
modo dicunt quidam inter
vos non esse resurrectionem?
1. Cor. xv, 12. sq. OMNES, qui
in monumentis sunt, prodi-
bunt, alii in resurrectionem
vitæ, alii in resurrectionem
condemnationis. Joh. V, 28.
Dan. xii, 2. Vivent autem mor-
tui, & cum cadavere resurgent,
Es. xxvi, 19.

CXXII.

sententiã q̄
ultimã da-
mnatis

CXXII.

Statutum est hominibus se-
mel mori, post hoc autem ju-
dicium, *Ebr. ix, 27. cuius pro-*
cessus Matth. xxv, 31. sqq. de-
scribitur, tempus autem nobis
ignoratur, *Actor. I, 7. Marc.*
xiii, 32. Hoc ad pietatem satis
est scire: quòd omnes nos ma-
nifestari oporteat coràm Tri-
bunali Christi, ut reponet u-
nusquisque, quæ per corpus
egit, sive bonum, sive malum,
2. Cor. V, 10.

sine Chilia-
stico inter-
vallo latam

CXXIII.

Statutum est homini semel
mori, & post hoc iudicium,
Ebr. IX, 27. Animæ martyrum
vixerunt quidem, (sed non in
corpora redierunt, quod ibi
non dicitur) & regnârunt (sed
non in his terris) cum Christo
mille annis (i. e. plurimis) A-
poc. XX, 4. Cæteri verò mortui
vixisse (non revivixisse) dicun-
tur, donec consummarentur
mille

mille (plurimi anni. v. s.) Mortui spiritualiter, uti *Matt.* II, 22. *Eph.* II, 5. intelliguntur: & resurrectio prima conversio à peccatis est. Tum, non corpora, sed animæ separatae ibid. cum Christo regnare dicuntur. Scriptura nullam resurrectionem ad mundanas delicias novit. conf. *Matt.* XXV, 31. *Job.* V, 28. seq. *Matt.* XIII, 39. & Colossus Danielis non est inversus, ita ut pedes sint aurei, *Dan.* II, 33. Bestia quarta sævitura est usque ad extremum Judicium. *Dan.* VII, 23. sqq. ubi ergo intervallū Chiliastico-Phantasticum?

CXXIV.

Coelum & terra præteribunt *Matt.* XXIV, 35. *Marc.* XIII, 31. Coeli ut fumus deficient & interibunt *Pf.* CII, 27. Non amplius erunt coeli *Job.* XIV, 12. & Luna *Pf.* LXXII, 6. seq. Vobiscū sum usq; ad consummationem

& πανολε-
θρίων uni-
versi

nem seculi *Matth.* xxix, ult.
coll. xiiii, 39. Igni reservantur
coeli, & terra in die iudicii,
2. Pet. III, 7. *coll.* 10. 13. Igne
coeli devorabitur omnis terra,
Soph. I, 18. III, 8. *conf.* *Es.* xxxv,
4. A facie ipsius Dei fugit cœ-
lum & terra, ut non sit eis lo-
cus inventus, *Apoc.* xx, 11. quia
non amplius sunt, *c.* xxi, 1. *Pf.*
lxxii, 7. *Job.* xiv, 12. *ut* eorum
etiam memoria pereat, *Es.* lxxv,
17. Cœli peribunt, sed Domi-
nus permanet, *Pf.* CII, 26. *sqq.*
Ergò quoad substantiam per-
eunt.

CXXV.

pristina nu-
merò cor-
pora

Mortui resurgent *quidem*
corruptibiles, *sed ità*, ut τὸ
φθαρτὸν ἔστω induat incorru-
ptibilitatem, & τὸ θνητὸν ἔστω
immortalitatem. *1. Cor.* XV,
52. *seq.* Post corrosionem pel-
lis meæ vicissim circumda-
buntur ossa mea, ità, ut tūm
visurus sim Deum, & ego ipse
visurus

visurus sim, & oculi mei visu-
ri sint: ego ipse, *inquam*, & non
alius. Job. XIX, 26. Illi, qui dor-
miunt in monumentis, evigi-
labunt, Dan. XII, 2. Joh. V, 28.
*Ergò iidem numero. Non enim
alius dormire & alius evigila-
re; non alius jacere & alius re-
surgere potest. Et justum est
apud Deum, ut ii ipsi, qui in
hâc vitâ deliquerunt, in alterâ
puniantur. 2. Thes. I, 6. 7. 8. 9.
Nam ἀνάστασις ἐστὶν ἔνδεκα πεπρω-
κότων & δευτέρων στασις. Damasc.
IV. O. F. c. XXIIX, i. e. ejus,
quod antea cecidit altera, sive
iterata, statio.*

CXXVI.

sed glorifi-
cata,

Alia gloria Solis, alia Lu-
næ, alia stellarum. Stella si-
quidem à stellâ differt in glo-
riâ. Sic & resurrectio mortu-
orum. Seminatur in corru-
ptione, surget in incorrupti-
bilitate. Seminatur in igno-
miniâ, resurgit in gloriâ: semi-
natur

natur in infirmitate, resurgit
in potentiâ. Seminatur cor-
pus animale, resurgit corpus
spirituale. 1 Cor. xv. 41. 42. 43.
44. Christus enim transfigu-
rabit corpus nostrum humile,
ut conforme reddat corpori
suo glorioso. Phil. III. ult.

CXXVII.

quibus Deum
ipsum sunt
visuri,

In carne meâ videbo Deum,
oculi mei videbunt. Job. XIX,
26. Visuri sumus Deum sicuti
est, 1. Job. III, 2. Et quidem à
facie ad faciem, 1. Cor. XIII, 12.
*Visio à facie ad faciem prædi-
cata de subjecto oculato, sem-
per visionem ocularem deno-
tat. Si intellectus finitus potest
elevari ad intelligendum Deum
infinitum, cur non est oculus ma-
terialis ad videndam Deum
spiritualem? Vid. omnino Va-
lent. in P. I. Thom. q. XII, a. 8.
Magis distat finitum ab infi-
nito, quàm materiale à spiri-
tuali.*

CXXIIIX.

CXXIIX.

secum ha-
 bebunt in
 beatitudine
 cōsumma-
 tā,

*Animæ separate fideiū beatæ
 sunt, sed beatitudo totius compo-
 siti, post corporum redunitionē,
 erit consummata resp. corporū.
 Unde animæ quiescere jubētur,
 donec compleantur conservi,
 Apocal. vi, ii. Deus enim itā
 providit, ne sine nobis con-
 summentur. Ebr. xi, 40. Quòd
 autem beatitudo ipsa in se sit
 consummata sive omnib9 nume-
 ris absoluta, clarum est. Tunc
 enim veniet τὸ τέλειον I. Cor.
 xiii, 10. Consummata, inquam,
 positivè, ut nihil boni desit,
 Ps. xvi, 11. xvii, 15. xxxvi,
 9. Esa. lxvi, 12. lxv, 13. Et
 privativè, ut omne molestum
 corpori ac animæ, esuries, sitis,
 æstus, mors, luctus, clamor,
 dolor, fatigatio, Apoc. vii, 16.
 xxi, 4. absit.*

CXXIIX.

ineffabili

Oculus non vidit, auris non
 audivit, nec in cor hominis
 ascen-

a cenderunt, quæ præparavit
Deus diligentibus se, *Es LXIV,*
4. 1. Cor. II, 9. Nondum ap-
paruit (*licet sciamus nos fore*
conformes corpori Christi,
Phil. III, ult.) quales futuri si-
mus, *1. Job. III, 2. quia exul-*
tabimus gaudio ineffabili, 1.
Pet. I, 8. Unde Paulus audivit
in tertio cælo, quæ nullus ho-
minum eloqui potest, *2. Cor.*
XII, 4. Quæ castigant nimiam
Scholasticorum in his determi-
nandis cariositatem.

CXXX.

ac æternâ :

Inamissibilis ac æterna est il-
la felicitas, quia sumus futuri
ισάγγελοι Matt. XXII, 30. At
Angeli felicitate non possunt ex-
cidere, sed semper vident faciẽ
Patris cœlestis, Matt. XIX 10.
Similiter nos semper erimus
cum Domino, 1. Theß. IV, 17.
possessuri hæreditatem ἀφάρ-
τον κ' ἀμάραντον conservatam
nobis in cœlis (tanquam
satis.

purissimo receptaculo) 1. Pet. I, 3.
4. Gaudium illud nemo tollet
à vobis, Job. XVI, 22. Qui vi-
cerit, non lædetur à morte se-
cundâ, Apocal. II, 11. Verbo:
Ibunt beati in vitam æternam
Dan. XII, 2,

CXXXI.

Cujuseun-
que antea
fuerint cõ-
ditionis,

Non enim est personarum
respectus apud Deum, Act. X,
34. Et omnes omninò homines
coràm tribunali Christi com-
parere debent, 2. Cor. V, 10. Jo-
hannes vidit mortuos magnos
& pusillos stantes in conspectu
Dei, Apoc. XX, 12. Unusquis-
que reportabit à Domino, quæ
fecit, sive servus, sive liber fue-
rit, Eph. VI, 8.

CXXXII.

sexûs,

Etsi in Christo Jesu non est
mas nec foemina, Gal. III, 28.
non tamen differentia sexû post
resurrectionem tolletur. Aliàs
Christus Matth. XXII, 30. 31.
ad questionem: cujus sit uxor

E

mul-

multivira olim futura? compen-
diosius erat responsurus, nō fore
fœminam, quàm non fore nu-
ptias in alterâ vitâ. *Vid. Au-
gustin. L. xxii. C. D. c. xvii.*
Et absurdè dicendum foret: Hic
vir Maria est Mater Christi.
Stengel. de Monstr. c. xvii. f.
626. §. 15. Dicendum esset: Hic
vir Eva est mater omnium vi-
ventium. Si loco demortuæ mu-
lieris resurgat vir, non erit re-
surrectio identica.

CXXXIII.

aut Hierar-
chiæ:

Tres Hierarchias represen-
tant illa: Rex Joas congrega-
tis Sacerdotibus ac Levitis
edixit: Exite per civitates Je-
hudæ, & congregate à toto Is-
raële pecuniam ad curandum
domum Dei vestri. 2. Paral.
xxiv, 4. 5.

CXXXIV.

sive legiti-
mè vocati

Vocatio tam immediata,
(Prophetarum & Apostolorum)
quàm mediata (modernorum)
Eccle-

Ecclesie Doctorem) necessaria
ac divina est. **NECESSARIA:**
Currebant & non mittebam,
Jerem. xxiii, 21. Nemo sibi ipsi
(*jure*) sumit honorem, sed qui
vocatur à Deo sicut Aaron,
Ebr. V, . Quomodo prædica-
bunt, si non fuerint missi? *Rom.*
X, 15. **DIVINA:** Nemo sibi
ipsi (*jure*) sumere potest, (quod
Johannes de ministerio suo in-
tellexit) nisi ipsi à cælo fuerit
datum, *Joh. III, 27.* Ipse Do-
minus messis mittit operarios
in messem (*quandiu messis du-*
rat) *Matt. ix. ult.* Ipse Chri-
stus post ascensionem **DAT**
Pastores ac Doctores (*ab Apo-*
stolis ac Prophetis distinctos)
usque ad consummationem
Sanctorum, & totius corporis
mystici (*adeòq, ad extremum*
diem) *Eph. IV, 11. coll. Psal.*
LXIX, 12. 1. Cor. XII, 28. Jer.
III, 15. XXIII, 4. Unde Ephe-
sini ministri (*mediate vocati*) à

Spiritu S. constituti dicuntur
Actor. XX, 28. 17. Archippus
(*etiam mediatè vocatus*) mini-
sterium à Domino accepit, *1. Cor. IV, 17.* & Apollo (*non im-*
mediatè vocatus) cooperarius
ipsius Dei *1. Cor. III, 9.* fuit.
Hoc sine præceperunt Apostoli
(*Apostolicâ sc. adeòq, divinâ au-*
toritate Rom. XV, 18. 1. Tim. IV,
11. V1, 13.) aliis, ut idoneos ad
docendum vocarent. v.g. Pau-
lus Timotheo *2. Tim. II, 2.* &
Tito, *Tit. I, 5. 7.* Ipse Dominus
operarios in messem extrudit,
(*quandis messis durat*) *Matt.*
IX. ult.

CXXXV.

**Ordinatiq̃
Ministri,**

Noli negligere gratiam, quæ
data est tibi cum impositione
manuum Presbyterii. *1. Tim.*
IV, 14. Segregate mihi, *inquit*
Spiritus S. Barnabam & Sau-
lum (*qui tamen jam antè im-*
mediatè vocatus erat Apostolus.
Act. IX, 15. 17. sqq.) *Act. XIII, 2.*

quæ

qua segregatio statim jejuniis,
precibus & χειροθεσίᾳ perage-
batur v. 3. χειροθεσίᾳ, inquam,
non tantum votivâ, sed etiam
ordinativâ. Uti autem χειρο-
θεσίᾳ est impositio manuum
presbyterii super caput ordi-
nandi; ita χειροτονία significat
extensionem manuum populi,
seu suffragium & consensionem
in personam vocandi.

CXXXVI.

iure divino
æquales,

Presbyteri Urbis Ephesine
vocantur à Paulo Episcopi, A-
ctor. xx, 17. 28. Idem salutat
omnes Sanctos, qui sunt Phi-
lippis, unâ cum Episcopis &
Diaconis, Phil. I, 1. Ergò (col-
ligit Hieron. ad Tit. I, 5. 7.) ju-
re divino Presbyter ac Episco-
pus non differt. Timotheus
ordinatus est à presbyteris, I.
Tim. IV, 14. Episcopi non recen-
sentur inter Ordines Ministro-
rum, Eph. IV, 11. & sine men-
tione presbyterorum I. Tim.

E 3

III,

III, 1. 8. ponuntur. Ergò cum
presbyteris iidem sunt. Magis
ergò consuetudine, quàm dis-
pensationis Dominicæ verita-
te Presbyteris sunt maiores.
c. olim. & c. Ecce ego. Dist. xcv.

CXXXVII.

horumque
auditores
Cleri :

Quomodo audient sine præ-
dicante? Rom. x, 14. Sunt enim
relata. Attende tibi ipsi & do-
ctrinæ: si id feceris, salvabis te
ipsum, & eos, qui te audiunt,
1. Tim. IV, ult. Sitis factores
sermonis, & non auditores so-
lùm, fallentes vos ipsos, Jac. I,
22. Consideremus nos invi-
cem, ut provocemus ad chari-
tatem & bona opera. Non de-
ferentes Synagogam (*Eccle-
siam*) nostram, sicuti mos est
nonnullis, sed adhortantes in-
vicem, idque hoc magis, quod
videtis appropinquantem di-
em Ebr. X, 25. *Stylo Biblico Au-
ditores vocantur Cleri: Pascite*
gre-

gregem, non ceu dominantes
in clericos, sed sicut exemplaria
gregis. *1. Pet. V, 2.3.* Priedeaux
Oper. f. m. 646. dicit: esse Cle-
rum Ecclesiam (de quo l. r.) et
Clerum Ecclesiae, per quem so-
los Ministros Ecclesiae intelligit.

CXXXIIX.

sive divini-
tatis instituti
Magistra-
tus,

Non est potestas nisi à Deo :
quæ verò potestates sunt, à
Deo ordinatæ sunt. Itaque
quisquis resistit potestati, Dei
ordinationi resistit. Dei enim
minister est, non frustra gla-
dium gestans : Dei enim mini-
ster est, ultor ad iram, malum
facienti. Quapropter oportet
esse subditos non solum pro-
pter iram, verum etiam pro-
pter conscientiam. *Rom. XIII,*
1. 2. 4. 5. coll. 1. Pet. II, 13.

CXXXIIX.

horumque
subditi,

Omnia anima (etiam Cleri-
ci) potestatibus subdita sit,
(obediendo in omnibus, nisi
Deo magis sit obediendum,

E 4

Act.

*Aet. V. 29.) non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, Rom. XIII, 1. 5. sed propter Dominum, 1. Pet. II, 13. Apostolus ad omnes Christianos universaliter loquitur, non excipiens Clericos, inquit de h. l. Bannez. 23. q. LXVII. a. 1. Concl. 2. Idem ait Chrysoft. Theophyl. Theodoretus, Oecumenius, omnes Graeci ad h. l. fatente & approbante Espenc. ad Tit. III. digress. X. oper. fol. 572. sqq. & Bernhardus ad Episcop. Senonens. Epist. XLII. non paratus cedere, etsi totus terrarum orbis adversus ipsum conjuraret, Ep. CLXX. Propter hoc (conscientiam) vectigalia magistratui, tanquam Dei ministris solvitis, Rom. XIII, 6. reddite igitur, quod debetur, tributum, cui tributum, vectigal, cui vectigal, timorem, honorem. v. 7. Milites autem stipendiis sint contenti, neminem-
que*

que concutiant, *Luc. III, 14.*
Adhortor, ut antè omnia fiant
deprecationes, obsecrationes,
interpellationes, gratiarum ac-
tiones pro omnibus homini-
bus, pro Regibus, & omnibus
in eminentiâ constitutis, ut
placidam & quietam vitam
degamus, cum omni pietate &
honestate: nam hoc bonum
est & acceptum coràm Deo, *1.*
Tim. II, 1. 2. 3. Quærite pro-
speritatem istius civitatis, quò
deportavi vos, & orate pro eâ
Jehovam; nam in prosperita-
te ejus futura est vobis prospe-
ritas, *Jer. XXIX, 17.*

CXL.

aut Execu-
tores Justi-
tiæ.

*Carnifices sunt executores ju-
stitiæ, & jussu Magistratûs di-
vinitûs ipsis (Rom. XIII, 4. Qui
sanguinem hominis effuderit,
ipsius sanguis iterùm debet ef-
fundi Genes. IX, 6.) commisso
gladio feriunt maleficos, &
sunt manus Legum. Godofr. ad*

E 5

Novell.

*Novell. LXIX. C. 3. Nec minus
justitiæ executio fit Bello justo,
quod divinâ autoritate (Num.
XXXI, 2. Jos. I, 6.) & à Sanctis,
Abrahamo, (Gen. XIV, 14.) Ja-
cobo, (Gen. XLIX, 22.) Mose,
Josuâ, Judicibus, piis Regibus,
Davide, Ezechiâ, Josaphate,
gestum; nec ullibi prohibitum
est. Johannes milites, rogatus
ab iis, quid facere debeant, non
militiâ abire, sed stipendiis cõ-
tentos esse Luc. III, 14. jussit.
conf. Matth. IIX, 9. Actor. X, 1.
coll. 7. 48. XXIII, 17. 23. sq.*

CXLI.

**sive Oeco-
nomi,**

Simile est regnum cœlorum
homini οἰκοδοσποῦτη exienti
primo diluculo ad conducen-
dos operarios in vineam suam
&c. *Matth. XX, 1. sqq.* Jehova
benedixit Abrahamo domi-
no meo valdè, dedit enim ei
greges, armenta, argentum,
aurum, servos, ancillas, came-
los & asinos, *Genes. XXIV, 35.*

Do-

Domini erga servos benè vos gerite, remittētes minas, scientes, quòd & vester & ipsorū Dominus sit in cœlo, nec personæ respectus sit apud illum. *Eph. VI, 9.* Vos Domini, æqvitatē & æqvabilitatē servis exhibete, scientes, quòd & vos Dominum habeatis in cœlis, *Coloss. IV. 1.*

CXLII.

Cœlibes,

Arbitror, quòd propter præsentem (*persecutionis*) necessitatem bonum sit, hominem esse cœlibem. Sed tamen, si duxeris uxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccavit. *1. Cor. VII, 26. 28.* Etsi bonum sit, mulierem non tangere, tamen propter fornicationem (*vitandam*) quilibet suam uxorem, & quælibet suum virum habere debet. *v. 1. 2.* Qui igitur se non continent, contrahant matrimonium: melius enim est matrimonium,

contrahere, quàm (in cœlibatū) uri, v. 9. Cœlibatus autem nemini (ad conjugium apto) præceptus est. De Virginibus (etsi in cœlibatu castis) præceptum non habeo, v. 25.

CXLIII.

Conju-
ges,

Non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium, Gen. II, 18. sqq. Matth. XIX, 4. sqq. ut sint duo in carne unâ, Gen. II, 22. 24. Matt. XIX, 4. sq. & quilibet vir suam uxorem, quælibet autem uxor ἰδίου PROPRIUM (cum aliâ non communem simul. Aliter comparatum est cum successivâ Polygamiâ, quæ licita est, 1. Cor. VII, 39.) VIRUM habeat, 1. Cor. VII, 2. Modò ne quisquam ad proximam carnis (gradibus Levit. XIX. prohibitis) & contrâ parentum consensum (Col. III, 20. Ex. XXII. 16. seq. XXXIV, 16. Deut. VII, 3. Jer. XXIX, 6. Eccl. VII, 27. 1. Cor. VII,

vii, 38. coll. Num. xxx, 4. 5. 6.)
accedat. Nemini autem, nec
clericis, nec castitatem olim vo-
ventibus prohibetur contrahere
matrimonium, si necessitas ur-
geat. Conjugium in omnibus
(partibus ac hominibus) est
honorabile, Ebr. xiii, 4. conf.
Socrat. L. I. c. xxii. Niceph.
L. iix. c. xix. Quinon conti-
net, debet uxorari. 1. Cor. vii,
2. 9. Paulo licuit habere uxo-
rem, 1. Cor. ix, 5. conf. C. o-
mninò Dist. xxxi. Apostolos
uxoratos adducit Cl. Espen-
cæus Oper, fol. 681. seqq. vid.
Matt. iix, 14. Luc. iv, 38. Act.
xxi, 9. Episcopi uxorati lau-
dantur, 1. Tim. III, 2. Prohibi-
tio autem matrimonii est do-
ctrina dæmoniorum c. iv, 3.
Crescite & multiplicamini,
Genes. I, 28. mutuum adjuto-
riū præstate, Gen. II, 18. Con-
jugio, etiam ut libidinis reme-
dio, utimini, 1. Cor. vii, 2. 5.

Propter fornicationem enim
(vitandam) quilibet suam u-
xorem, & quælibet suum vi-
rum habere debet, 1. Cor. VII, 2.
Liberos non ad iram provo-
cate, sed per eruditionem &
coreptionem Domini educa-
te. Eph. VI, 4. Col. III, 21. U-
xores subditi estote viris PRO-
PRIIS, sicut convenit in Domi-
no: Viri diligite uxores, nec
sitis adversus illas amarulenti,
Col. III, 18. sq.

CXLIV.

indissolu-
bili vincu-
lo copulati,

Matrimonium nihil solvit,
(quod enim Deus conjunxit,
homo non potest separare.
Matth. XIX, 6.) quàm MORS,
(Uxor alligata est matrimo-
nio, quavdiu vivit maritus,
qui si dormierit, libera est ad
nubendum cui velit. 1. Cor. VII,
39. coll. Rom. VII, 1. 2. 3.) &
ADULTERIUM, (qui repu-
diarit uxorem, NISI ob adul-
terium &c. Matth. XIX, 9. Per
adul-

adulterium *enim* fiunt duo in
plures carnes, 1. Cor. VI, 16. qui
debebant esse tantum in unam
Gen. II, 24.) cui malitiosa de-
fertio *equivollet*. Si incredu-
lus discedit, discedat: non est
servituti (*i.e.* non habendi po-
testatem sui corporis 1. Cor. VII,
4. *adeòq;* alteri renubendi, ser-
vatò legitimò processu) sub-
jectus frater aut soror in ejus-
modi. 1. Cor. VII, 15.

CXLV.

horumqve
liberi,

Filii, obedite Parentibus ve-
stris in Domino: nam id est ju-
stum. Honora patrem tuum
& matrem, (quod est præce-
ptum primum in promissione)
ut benè sit tibi, & sis longævus
super terram, Eph. VI, 1. 2.
Filii obedite parentibus in o-
mnibus: hoc enim benè placet
Domino. Col. III, 20.

CXLVI.

ac servi:

Servi obedite per omnia iis,
qui domini sunt secundum
carnem,

carnem, cum timore & tre-
 more, non obsequiis ad ocu-
 lum exhibitis, tanquam homi-
 nibus placere studentes, sed
 simplicitate cordis timentes
 Deum: & quicquid feceritis, ex
 animo facite, tanquam Domi-
 no & non hominibus: Scien-
 tes, quod à Domino recipietis
 mercedem hereditatis: nam,
 Domino Christo servitis, *Col.*
III, 22. 23. 24. coll. Eph. VI, 5.
sqq. 1. Tim. VI, 1. 2. Servi non
 debent esse responsatores ἀντι-
 λέγοντες, *Tit. II, 9.* Famuli
 subditi sint cum omni timore
 dominis, non solum bonis ac
 humanis, sed etiam (duris ac)
 pravis. *1. Pet. II, 18.*

CXLVII.

vel denique
 communis
 hostis An-
 tichristus,

Audistis, quod Antichristus
 (specificè) venturus sit; etiam
 nunc Antichristi (etymologicè)
 multi ceperunt esse. *1. Joh. II,*
18. Dies Christi non veniet,
 nisi venerit primum APOSTA-
 SIA

ISA (*magna*) & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui est adversarius (*Antichristus*) & effert se adversus omnē, qui dicitur Deus, (*Magistratum*) aut Numen (*σέβασμα*) adeò ut in templo Dei (*Ecclesiâ*) sedeat tanquàm Deus, ostentans se ipsum, quasi sit Deus. Quid antè nunc detineat (*Imperium Gentile*) scitis, ut reveletur in suo tempore: nam mysterium iniquitatis nunc agit, nisi quòd, qui in præfenti detinet, sit è medio olim tollendus. Et tunc (*Imperio ad Christianos translato*) patefiet iniquus ille, quem Dominus conficiet Spiritu oris sui, & abolebit claritate adventus sui (*eum*) cujus adventus est secundùm operationem Satanæ, cum omni potentiâ, & signis & prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione iniquitatis in iis, qui pereunt &c.

2. Theß.

2. *Theß. 11, 3. sqq.* In posterioribus temporibus desistent à fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis dæmoniorum, prohibentium contrahere matrimonium & jubentium abstinere à cibis, *1. Tim. 1v, 1. sqq.* Sedes localis est *Roma*, per septem montes, *Apoc. xvii, 9.* fatentibus *Cornelio h. l. & aliis, significata.* Proprietates *Antichristi* (quarum cumulus & durationis latitudo in unum numerò hominem non cadunt) ex *Scripturâ*, per experientiam ad *Papam Rom.* applicavit cum aliis orthodoxis *B. Hüls. Brev. c. ult.*

CXLIIX.

aut quicumque alius Hæreticus,

Hæresis est opus carnis *Gal. V, 19. 20.* à regno Dei excludens *v. 21. conf. 2. Pet. 11, 1.* Oportet (necessitate consequentie) Hæreses esse inter vos, ut (dirigente eas Deo in bonum finem) qui probati sunt, manifesti

festi fiant 1. *Cor.* xi, 9. Horum sermo ut gangræna serpit, qui circa veritatē aberrantes subvertunt fidem, 2. *Tim.* II, 17. 18. Hæreticum hominem post unam & alterā admonitionem devita, sciens, quòd everfus sit ejusmodi & ἀυλοκατάχειτ *Ⓞ* peccet *Tit.* III, 10. Αυλοκατάχειτ *Ⓞ* vel ideò, quia in quo damnatur, sibi elegit Tertull. *de Præscr.* fol. m. 97. vel quia spontè se ab Ecclesiâ, extrâ quam non est salus, separat, Hieron. *alii: vel* quia ipse docet damnatione esse dignos, qui veritati fidei què resistunt: vel etiam (qui ultimus hæretice pravitatis gradus est) quia contrâ suam conscientiam (ἐκγοίως peccans *Ebr.* X, 26.) fidem impugnat. Cùm verò nemo ad fidem cogi queat, (2. *Cor.* I, 24. id enim contrâ voluntatis, imò fatente Maldonato *T. I. Dispp.* fol. 72. & *Fidei*

dei naturam est. Religionis
nō est religionem cogere, Ter-
tull. *ad Scapul. Lact. Inst. L.*
IV, c. XIX. Clem. Alex. *Pæda-*
gog. L. I. c. I. Chrysoft. *alii ap.*
Est. in 2. Cor. I, ult. Inaudita
prædicatio est, quæ verberibus
exigit fidem c. *quid autem*
D. XLV. ex Gregor. *L. II. Ep.*
LII. seu Pistolicè homines cō-
vertit, Junip. de Ancon. fol. 33.)
Hæretico ut sic, *nisi sit blasphe-*
mus, facinorosus aut seditio-
sus, interfici non debet. Eccle-
sia enim N. T. sine sanguine
propagat Evangelium, *Ej. XI,*
6. 9. vid. Affelm. *Syntag. P. I.*
fol. 619.

CXLIX.

Schismati-
cus,

Obsecro vos, fratres, per
nomen Domini nostri Jesu
Christi, ut idem loquamini, &
non sint inter vos Schismata,
sed sitis integrum corpus eâ-
dem mente & sententiâ. Si-
gnificatum enim mihi est de
vobis,

vobis, quod dicatis: ego sum
Pauli; ego Apollo: ego Ce-
phæ: ego Christi. 1. Cor. I, 10.
sq. Schisma & hæresis in sen-
su lato eadem. 1. Cor. XI, 18. 19.
vid. Affelm. P. I. f. 648. Lu-
therus se non separavit au: schis-
ma fecit, sed ex cœtu visibili Ro-
mano à Leone X. ejectus fuit: &
Zwinglius post exhibitam pe-
culiarem Confessionem à nostris
Ecclesiis secessit. vid. Hülsem.
Brev. Supplem. c. XII. §. XI,
Voët. desper. caus. Papat. fol.
720. sq. Armin. Disp. XX.

CL.

Apostata,

Apostatæ maximi sunt pec-
catores in Sp. S. Ebr. VI, 4. 5. 6.
Quidam apostatant à cognitâ
viâ justitiæ, 2. Pet. II, 20. 21. A-
postasia Antichristi prædicta
2. Theß. II, 3. ἀποστασία, inquã,
à fide, 1. Tim. IV, 1. cujus nau-
fragium fecerunt Hymenæus
& Alexander. 1. Tim. I, 19. seq.
Cor malum apostatat à Deo
vivo,

vivo, quemadmodum discesse-
runt quidam ex regenitis Israë-
litis. *Ebr.* III, 12. *Ergò fides est*
amissibilis & Apostasia Sancto-
rum possibilis. Exempla ha-
bes in Populo Israëlitico, Aa-
rone, *Ex.* xxxii, 1. *sqq.* *Jud.* II,
11. 12. 19. Ità David ex viro se-
cundùm cor Dei factus est fili-
us mortis, 2. *Sau.* xii, 5. vid.
Hülfs. Brev. c. xiii, §. x. xi.

CLI.

Neutralis,

Quousq; claudicatis in utrūq;
latus? Si DEUS Jehova est, sequi-
mini eum, si Baal DEUS, sequi-
mini ipsum, *i. Reg.* xii, 21. Scio
opera tua, quia neq; frigidus
es, neq; fervidus. Utinam autē
frigidus esses, aut fervidus. Ita-
que quoniā tepidus es, nec fer-
vidus, nec frigidus, incipiam te
evomere ex ore meo. *Apoc.* III,
15. *sq.* *Omnis religio nulla reli-*
gio sicut πάλυθεός ης est ἀθεός ης.

CLII.

**infaustusq;
Pacifactor**

Dicunt PAX, PAX, & NON EST
PAX.

Syncretista
fuerit.

PAX. *Jer. VI, 14.* Pax enim vera
falsæ pacis mendacio tollitur,
Cypr. L. I. Ep. III. Veritatem
& pacem quærite, *Zach. IX, 10.*
Quæ igitur Pax veritate non ni-
titur, detestanda pax est. Nolite
ducere jugum (*syncretizare*)
cum incredulis, (*nolentibus cre-*
dere fidem revelatam) quod e-
nim consortium justitiæ cum
injustitiâ (*absoluti decreti*) aut
quæ communicio luci (*Evange-*
lice) cum tenebris (*heretico-*
rum), aut quæ concordia Chri-
sto cum Belial? aut quæ pars
fidei cum infidei? Quapro-
pter exite de medio illorum, &
separemini ab illis, dicit Do-
minus, *2. Cor. VI, 14. sqq.* Non
tolerandum est, ut mulier Jesa-
bel, quæ se dicit Prophetissam,
doceat, & seducat servos Dei,
Apoc. II, 20. coll. 14. Modicum
fermenti corrumpit totâ mas-
sam, quod propterea debet im-
pediri, coerceri, abscindi, pro-
scribi,

scribi, non minus, quam alia peccata circa
primam tabulam, inter quæ hæresis agmen
ducit. *Gal. V, 1. 9. 11. 2. Tim. II, 16.* Hæreti-
cum hominem post unam & alteram ad-
monitionem (*frustratam*) evita. *Tit. III, 10.*
Si quis venit ad vos, & hanc (*Evangelicam
doctrinam*) non affert, ne recipiatis eum in
domum, (*multò minus ad communionem
Sacramentorum*) nec AVE (*multò minus
Fratrem in Christo appelletis*) ei dixeritis.
Qui enim dicit illi AVE, communicat o-
peribus eis malis, 2. *Joh. v. 10. 11.* & qui e-
dunt (*cum heterodoxis*) easdem victimas, sa-
crarii (*ac fidei, quam ad altare istud profiteri
solent*) sunt participes. *1. Cor. X, 18.* Summa:
Circà falsos Doctores commendatur nobis
CAVE, *Matth. VII, 15.* non AVE, 2. *Joh. v. 10.*

OMNES, IN QUAM, HOMINES
MANIFESTARI OPORTET CO-
RAM TRIBUNALI CHRISTI, UT
REPORTET UNUSQVISQ; EA,
QUÆ IN CORPORE EGIT, SIVE
BONUM, SIVE MA-
LUM.

2. Cor. V. 10.

תלוי

INDEX.

Agit hic

BREVICULUS

De

I. THEOLOGICÆ Etymo. I.

Acceptione II. III. IV.

Existencia V.

Genere VI.

Objecto s. vera Religione VII.

Fine IIX IX.

Munere juxtà quod dicitur Po-
sit, X.

Exeges. XI.

Polem. XII.

Principio seu

II. SCRIPTURA S. XIII. ejusq;

Ἰεοπνευστικά XIV.

Ἀυτοπιστα XV.

Unitate sensus XVI.

Veritate XVII.

Bonitate s. Perfectione XVIII.

Catholica Lectione XIX.

Patefactione XX. à

III. DEO

ibid.

Indefinibili XXI.

qui est XXII.

Spiritus XXIII.

F

immao

immensus xxiv.

incorruptibilis xxv.

æternus xxvi.

omniscius xxvii.

omnipotens xxviii.

omnipræfens xxix.

simplex xxx.

summè bonus xxxi.

voluntate xxxii.

seriâ xxxiii.

misericordissimâq; xxxiv.

omnib9 se communicans xxxv.

severâ autē necessariò puniens

xxxvi.

solus religiosè colendus xxxvii.

tanqvâm μονόσιⓄ xxxviii.

IV. TRINITATE

ΤεισπόσιⓄ xxxix.

Pater gignens xl.

V. CHRISTO

Filius genitus xli.

αυλόσιⓄ xlii.

όμοσιⓄ Patri xliiii.

Matriq; xliii.

semper Virgini xlv.

θεάνθρωπιⓄ xlvi.

μονο-

μονοπόσι) XLVII.

Per Communicat. Idiom. XLIIIX.

Triplici off. admirandus XLIX.

à Spiritu S. unctus L.

in Prophetam Evang. LI.

Sacerdotem LII.

N. Testam. LIII.

Monadicum LIV.

impeccabilem LV.

Regem LIV.

Salvatorem LVII.

Catholicum LIX.

ut esset Mediator secundum utramq; Nat. LIX.

Satisfactor ex asse LX.

& post human. (prius exin. LXI.

ad Mortem LXII.

s. triduanani discessus animæ LXIII

& rupti vinculi naturalis non

personalis statum LXIV.

in quo tamen statum corpus mor-

tuum nequaquam cadaver

extitit LXV.

nec Christus esse desiit) LXVI.

αυλοζωοποίησιν LXVII.

& exaltationem LXIIX.

ad cuius plenarium ac inces-
santem usum LXXIX.

Peractio totius personæ *descensu*
LXX.

& *ascensu* LXXI.

Per *sessionem à dextris* pervenit
LXXII.

Judex vivor. & mort. LXXIII.

Cui tanquàm secundæ personæ
jungenda est tertia *Spiritus*
S. LXXIV.

VI. SPIRITU S.

à Patre filioq; procedentis LXXV.

Quæ S. S. Trinitas est

VII. CREATIONE.

Creator omnium LXXVI.

Cœli & Terræ LXXVII.

III. ANGELIS.

Angelorum LXXVIII.

quorum quidam in bonitate
concreatâ LXXIX.

sunt confirmati LXXX.

post spontaneum cæterorum
lapsum LXXXI.

HOMINE

& Hominum LXXXII.

quorum

quorum primus erat Adam,

XXCIII.

X. IMAGINE DEI

integrorum XXCIV.

mortalium XXCV.

summè feliciūm XXCVI.

XI. LAPSU & PECCATO

suâ culpâ lapsorum XXCVII.

nunc à generatione peccami-

nosorum XXCVIII.

XII. LIBERO ARBITRIO

adq; spiritualia planè mortuo-

rum

XXCVIX.

ne Matre quidem Domini ex-

ceptâ XC.

XIII. REGENERATIONE

qui nisi ἀνωθεν regeneriti XCI.

reparentur per verbum XCII.

XIV. SACRAMENTIS in GENERE

& duo Sacramenta XCIII.

salvifica XCIV.

XV. BAPTISMO

ὑδροβαπτισμόν sc. XCV.

XVI. EUCHARISTIA

& Eucharistiam XCVI.

XVII. ECCLESIA

in Ecclesiâ XCVII.

ad quam sub solo Christo ca-
pitate XCIIIX.

XIIIX. VOCATIONE

omnes vocantur XCIX.

XIX. POENITENTIA

tanquam poenitentes C.

XX. ABSOLUTIONE

& à peccatis absoluti CI.

XXI. JUSTIFICATIONE

solâ fide CII.

sine operibus CIII.

per non imputat. peccat. & im-
put. justitiæ Christi justificati

CIV.

XXII. BONIS OPERIBUS

sanctè tamen CV.

propter Deum, proxim. & sci-
psos CVI.

XXIII. SCANDALO

absq; scandalo viventes CVII.

XXIV. PRÆDESTINATIONE

in finali fide CIIIX.

quam prædestinatio in homine
solam respexit CIX.

XXV. PROVIDENTIA

cuiq; etiam Providentia inser-
vit CX.

clapsâ

elapsâ vitæ clepsydâ cxi.

XXVI. MORTE

moriantr cxi.

XXVII. DAMNATIONE & INFERNO.

tanquàm reprobi cxiii.

in inferno cxiv.

visione Dei & beatorum ange-

lorum privati cxv.

æternùm cruciabuntur cxvi.

cum diabolis cxvii.

**XXIIX. STATU PIORUM POST
MORTEM.**

si verò in fide decedant cxxiix.

statim cœlo recepti cxix.

coràm Deo exultabunt, non

dormient, cum beatis cxx.

XXIX. RESURRECTIONE

post resurrectionem a. cxxi.

XXX. EXTREMO JUDICIO

sententiam ultimam damnatis

cxxii.

sine Chiliastico intervallo latâ

cxxiii.

XXXI. CONSUMATIONE SECULI

& πανολεθειαν universi cxxiv.

XXXII. GLORIFIC. & VITA ÆT.

pristina corpora cxxv.

sed glorificata CXXVI.
quibus Deum ipsum sunt visuri
CXXVII.
secum habebunt in beatitudine
consummatâ CXXVIII.
ineffabili CXXIX.
ac æternâ CXXX.
cujusc. antea fuerint condi-
tionis CXXXI.
sexûs CXXXII.
XXXIII. TRIB. HIERARCHIIS
aut hierarchiæ CXXXIII.
XXXIV. MINISTERIO
sive legitimè vocati CXXXIV.
ordinatiq; ministri CXXXV.
jure divino æquales CXXXVI.
horumq;ve auditores cleri
CXXXVII.
XXXV. MAGISTRATU POL.
sive divinitus instituti Magistra-
tus CXXXVIII.
horumq;ve subditi CXXXIX.
aut executores justitiæ CXL.
sive œconomi CXLI.
XXXVI. CONJUGIO
coelibes CXLII.
& conjuges CXLIII.

indis-

indissolubili vinculo copulati
CXLIV.

horumq̄ve liberi CXLV.
serui CXLVI.

XXXVII. ANTICHRISTO
vel deniq̄ve communis hostis
Anti-Christus CXLVII.

XXXIIX. HÆRESI
aut q̄vic. alius hæreticus CXLIIIX

XXXIX. SCHISMATE & APOSTASIA
Schismaticus CXLIX.
Apostata CL.

XL. SYNCRETISMO
Neutralis CLI.
infaustusq̄; pacificator syncre.
tista fuerit CLII.

F I N I S.




indistinct bleed-through text from the reverse side of the page, including the number XXXVII.


NB.

§. XCVI. lin. 27. pro sanguinem, lege
sanguis. lin. 35. pro præstit, lege *præstitit*.
Cætera Beniyoli Lectoris candor tollet.

F I N I S







Po

~~Va~~
~~27~~

AB: 34B $\frac{11}{K,9}$

ULB Halle

3


006 587 992



VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.



Mafs. Pefach:
לעולם ילמד אדם
בדרך קצרה

AMISCHERZERI
VICULUS
LOGICUS

ibus domesticis
posthac

QUORUMVIS AU-
DITORUM,
PLICANDUS.



ob. V. v. 39.
INI SCRIPTURAS

Alex. Strom. LVI.

ἢ γραφῆς λέγομεν.

L. I. de Pecc. Merit.

tati Scripturæ sanctæ, quæ
fallere. HOMINUM est,
vari, falli, fallere, decipi,

Homil. in XVI. Job.

alorum causa est, quòd mul-
Scripturarum testimonia,
rebus adducere.

IS SPÖRELIANIS, 1676.

